



W

h

+

16.

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
**FINIBVS
PRIVILEGIORVM
REGVNDIS**

QVAM
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE
DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO

ICTO POTENT. REGI BORVSS. A CONSIL. INTIMIS
FACVLATAT. IVRID. PRAES. VICAR. ET P. P.

D. MARTII MDCCXXXVI.

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

H. L. Q. C.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT

IOANNES LVDOVICVS DV PVY
HASSO-CASSELLENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS IOAN. FRID. GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

DISSESTITIO IARIDICA INAGARVIS
DE
F. HINRAS
PRIVILEGIORVM
REGANDIS
M. V. GAVIN
IN REGIA LIBRARICINA
TRAESIDE
ACADEMIE LIBRARICINAE DIRECTORE
DN. IUSTO HENNIGE. BORGHEIRO
EGO TOTINT REI DOVIZI A CONSILII RITIMIS
ACQUITALIS ARVIDI LIBRARIACIS ET C. E.
HORIS ANTE ET TEMERIDINIS
LITERARIE ERADICATORVM DISSESTITIONI
SALVAT
IODINES LADOUICAE DA PAY
HESO-CARTIERIS
HARIBUS
HARIBUS
PITTURIS IOVAN. FRIJ GRANERTI AGAD ET SEMET ILLUD
HARIBUS MAGDEBVRGICIS
HARIBUS

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
F R I D E R I C O
HASSIAE LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIAE,
COMITI CATTIMELIBOCI,
DECIAE, ZIEGENHAINAE,
NIDDAE ET SCHAVMBVRGI,

RELIQVA;

PRINCIPI AC DOMINO
CLEMENTISSIMO.

SERENNISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
FRIIDERICI
HAZIAE LANDGRAVIO
PRINCIPI HERZLICHES
COMITI CATTIMERHOC
DECIVE ZIEGENHAINAE
NIDDE ET SCHWAMBACH
ETTIGA;

PRINCIPI AC DOMINO
CLEMENTISSIMO

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.



RIDERICI Nomine Serenissimo, TIBI sacro, cur ex splendescere gestiant leuidenses hae pagellae, rationes habeo praesentissimas. Et cum plurimi eruditorum, qui ingeniorum suorum specimina

cimina personis Augustalibus consecrare au-
dent, audacie eiusmodi excusationes undequa-
que soleant corrardere! ego me multo feliciorem
praedicare quo^d, quod huius, vt videri posset,
temeritatis meae caussas allegare valeam, non
tam peregrinas & e longinquo quasi accersitas,
quam manifesto proximas iuxta ac domesticas.
Cui enim magis hoc, quicquid est, sacrum esse
cupiam, quam Principi litteras maxime fa-
uenti, qui eruditionis solidioris doctrinas do-
ctoresque in academiis ipse colit, immo amat,
& cuius quasi ad exemplum totus componitur
orbis litterarius? Quis maiori seueritate ra-
tiones cursus, quem aiunt, academicci bono
cum Deo a me peracti exigere potest, nisi in
spem Augustalis Familiae ac subditorum prae-
sidium, adolescens futurus PATRIAE PA-
TER? Sique arbor honoretur, cuius nos um-
bra tuetur: quem intensiori mentis cordisque
veneratione ac cultu prosequar quam TE,

Prin-

Principem genti meae indulgentissimum, & qui
pro TVA singulari, qua laudaris, clementia
iteratis vicibus coram gratiose exceperisti tenui-
tatem meam? Hisce rationibus ponderosissimis
suffultus, merito praeterire possum silentio
scriptionis huius argumentum, ipsis regibus
principibusque dignum; ducem, quo in nego-
tio hocce usus sum, celebratissimum; ardorem
iustissimum, patriae, nostri ortum sibi vindic-
anti, cui me totum consecraui ad patrios
lares proxime reuersurus, dextre inseruendi;
aliaque plura & magis trita, quibus erudit*i*
litteris suis dedicatoriis veniam exorare solent.
Eadem igitur frontis serenitate, qua Augustissi-
mus Patruus TVVS, Suecorum Rex poten-
tissimus primitias meas academicas Marburgen-
ses quondam suscepit, accipias & TV, Sere-
nissime Princeps, studiorum meorum colopho-
num, pietatis in TE meae testem omni exce-
ptione maiorem, cui cum omnigenae ac peren-
nan-

nantis TIBI felicitatis voto, quod omnis
Hasta omnesque boni spiritis deuotissimis me-
cum concipiunt, adiungo qualescunque animi,
corporis fortunarumque mearum vires

SERENISSIMO NOMINI

TVQ

in potestate; inquit; in potestate; in potestate;
hunc illud metuere, nescire, pati, nescire;
nescire, cuius est totum corde, cuius est totum
corde; nescire, hunc esse proximum te, nescire;
istibet nescire, pati, nescire, hunc esse proximum te,
nescire, nescire, nescire, nescire, nescire, nescire;
Ego deinde tunc sicut lemnite, dico Augsburgi.
tunc patiens TVAS Secundum Regem

Dabam

in alma Fridericia circa
finem mensis Martii,

XXXIIII. ad ornam usque fidei & obse-
quii sacramento dicatas

IO. LVDOV. DV PVY.

Hafso Caffelan.



PRAEFATIO.



Tudiorum academicorum
stadio feliciter per Dei
gratiam emenso, id mihi
superesse visum fuit, ut
profectuum meorum spe-
cimen aliquod ederem, eoque rationes cur-
sus academicici ad metam perduci redderem.
Haec huius, quam Tibi B.L. offero, scri-
ptionis genuina causa estatque ratio. Eo-
dum enim summos honores ICtis solemnies
aliquando capessere intendo; iisdem sine
meritis superbire nolo, quin potius his ante
exsplendescere, quam vanis gaudere titu-

A lis

CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

lis, discipio. Absolutis idcirco consuetis iurium candidatis examinibus specimini- busque, publicum hocce, quod dissertatio- nem inauguralem dicere solemus, restabat. Accipe igitur has qualescumque lucubra- tiunculas; measque in conflictu disputato- rio experire vireculas, de iisque aequus sis censor. Eandem de Tuis Tibi negotiis pol- liceor humanitatem.

CAPVT I.

De priuilegiis, eorumque finibus in genere.

§. I.

De origine &
natura priuilegiorum in li-
bera republ.
Rom.

PRIVILEGII VOX, quae veteri Latio, libera ad-
huc republica, denegationem iuris communis, &
legem nominatim in priuatum hominem latam
denotabat, ac fere semper in malam partem accipie-
batur, post, sub imperatoribus, benignam quo-
que ab obligatione omnibus imposta exemptionem,
imo, quamlibet a iure communi, tanquam regula,
exceptionem significare coepit; demum vsu ita in-
ualuit

FINIBVS IN GENERE.

valuit vulgari, ut innueret qualemcumque & quacunque de causa notam praerogatiuam, quam non solum ius seu lex, sed natura quoque & quoduis *accidens*, alii prae aliis impertiret, eumque a communi aliorum non lege tantum, sed quacunque etiam conditione & qualitate eximeret. Ita in priori significatu hac voce usus est CICERO in *Orat. pro domo sua*, dum: *Quo iure, inquit, quo more, quo exemplo, legem nominatim de capite ciuiis indemnati tulisti?* vetant leges sacratae, vetant XII. tabulae, leges priuatis hominibus irrogari, id est enim priuilegium. *Nemo unquam tulit;* nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil, quod minus haec ciuitas ferre posse^(*). Satis sic, ut opinor, nomen cum re ipsa conuenit, cum quodlibet priuilegium (seu beneficium indulget, seu poenam dicet infligendam) sit constitutio vel lex in priuatum lata, & ita exceptionem a lege communi & generali conficiat. Idem innuit AGELLIVS *Noft. Attic. L. X. c. 20.* Neque de imperio CN. POMPEII, neque de exitu M. CICERONIS, neque de caede P. CLODII quaestio, neque alia id genus populi plebisue iussa, leges vocari possunt; non sunt enim

A 23 gene-

(*) SEXT. POMP. FESTVS de verborum signif. etiam ad hunc locum prouocat; sed in sua integritate non amplius habet. CICERO de legib. lib. 3, idem repetit: *Id mirandum maiores adeo in posterum prouidisse, in priuatos homines lege ferri voluerunt.* Id est enim priuilegium, quo quid iniugium?

4 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQUE

generalia iussa, neque de uniuersis ciibus, sed singula
concepta. Quo circa priuilegia potius vocari debent. Nam
veteres priua dixerunt, quae nos singula dicimus (**).
Eandem fere deriuationem quoque habet GRATIAN.
dist. 3. c. 3. Quid sit priuilegium? Priuilegia sunt leges
priuatorum, quasi priuatæ leges. Nam priuilegium in-
de dictum est, quod in priuato feratur. Nam cum leges
scribantur in eum finem, vt actiones suas secundum
eas instituent ii, qui in societatem aliquam ciuilem
coierunt, & ita norma esse debeat actionum eorum,
consequens est, vt ius commune constituere omni-
bus debeant, & quoscunque ligare, l. i. & 8. ff. de LL.
nisi quos legislator speciatim ab earum vinculo exe-
mitus. Eiusmodi exemptione priuilegium dicitur, & ius
singulare, vti l. 16. ff. eod. item constitutio personalis, §. 6.
Inst. de I. N. G. & C. & praerogativa. l. vii. C. de fructib.
S. lit. expens. Nec mirum, si priuilegii vox priscis
Romanis in statu democratico in malam potius, quam
bonam partem accepta fuerit, & ingratam plerumque
& acerbam exemptionem significaret. Postu-
lat enim natura status democratici, vt aequalitas inter
cives conseruetur, & aequali omnes ciues iure fru-

(**) Nihil tamen frequenter est, quam quaevis decreta comititia po-
puli Rom. etiam leges vocari. Inde appellatio legis regiae, quae vo-
catur augustum priuilegium in l. vii. §. 14. C. de caduc. toll.

antur: cum autem per priuilegia ab illa aequalitate recedatur, libertas quorundam laxetur, ceterorum restringatur, & omnes nihilosecius idem libertatis desiderium teneat; indeque odia, iurgia, inuidiosae dissensiones & aemulationes oriuntur, non potuit fieri, quin omnem in eo sollicitudinem ponerent Romani, libertatis tam studiosi, ne leges in singulas personas constituerentur, & si quando per rogationes ad populum constitutae fuerint, acerbam potius quam beneficam & gratam priuationem continerent.

§. II.

Sed postquam respublica paulatim inclinare cooperat, & quorundam potentiorum ciuium ambitus factiones & bella ciuilia concitauerat, frequenter *de singulis* scita populi, & in *favorabilibus* quoque, lata fuere; v. c. cum magistratus ante certum tempus capere, aut intra certum tempus iterare vetiti, obtinerentur, vel vni plures prouinciae & in plures annos, contra leges, regendae concrederentur. Mutata dehinc Romanae reipublicae facie, ingens quoque in legibus condendis contigit mutatio; tum *princeps*, & quidem maiori cum libertate, ac olim libera respublica *populus ipse*, non tantum *ius generale*, quod omnes ligaret, sed *speciale* quoque in

Ea inclinante
& sub imperia
toribus.

6 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQUE

singulos constituebant. Cauta tamen odiosa *legum* & *priuilegiorum* appellatione abstinuisse videntur imperatores, illis *constitutionum generalium*, his *specialium* seu *personalium*, §. 6. l. de I. N. G. & C. item *beneficiorum principis*, l. 3. ff. de *constit. princ.* l. 43. pr. de *vulg. & pupill. subst.* l. 68. & l. 191. de *R. I.* nomina tribuentes. Sub hisce: imperatoribus itaque maiora iudicis incrementa cepit materia de *priuilegiis*, & iura *speciales*, quae non nisi exceptiones a iure communi sunt, mirum in modum multiplicata fuerunt.

§. III.

Maximus eo.
rum visus in
ecclesia Ro-
mana.

Omnium autem maxime materia de *priuilegiis* frequentata est, ex quo ecclesia Romana primatum & principatum, imo monarchiam quandam universalem affectare coepit, & non contenta rebus sacris & ecclesiasticis, plurima & tantum non omnia ciuilia & secularia negotia ad se trahere conata est. Rigorosissimi erant sua natura canones, decreta ceteraque leges ecclesiasticae & durum admodum iugum imponebant fidelibus; quare vix aliud remedium suppeditabat, quam vt *priuilegiis*, dispensationibus, indulgentiis, gratiarumque papalium speciebus aliis plurimis rigor iste emolliretur, laxarentur legum vincula, & impositorum onerum remittentur.

tur grauitas. Neque excogitari poterat quicquam,
quod magis opportunum esset, ad deuinciendum
fibi christianum orbem, quaqua patebat, vniuer-
sum. Nimurum ea re effectum est, ut innumerabi-
lis subinde multitudo fidelium Romam confugeret,
conflueretque, remedia pariter *animae & corporis* ab
indulgentissima matre ecclesia Romana anxii postulan-
tes; indeque non potuit fieri, quin nomen summi
vrbis episcopi toto in orbe celebraretur maxime.
Nimium quantum mos iste inualuerat iam iam Ca-
roldarum aevo, hoc est, Seculo P.C.N. IX. prout
ipse Pontifex NICOLAVS I. in epist. 20. ad *Carolum*
Calvum apud HARDVIN. tom. V. conc. p. 235. cit. a *DN.*
PRAES. in *dissert. prælim.* ad *T. IV.* *I.E.P.* p. 5. testatur
inqiens: *ad hanc sanctam Romanam, cui Deo autore*
deseruimus, ecclesiam, quae ob sui privilegii principatum,
quo ceteras Dei ecclesias orbe uniuerso diffusas excellit di-
nimirum, de diuersis mundi partibus quotidie multi sceler-
ris mole oppressi confugiant, remissionem scilicet & venia-
tem sibi gratiam tribui supplici & ingenti cordis moerore
poscentes: a qua vero ob insigne dilectionis meritum &
debitae compassions gratiam, recti libraminis auxilium
cunctis fidei potentibus intentione tribuitur atque largitur
Hoc cum semel animaduertissem curia Romana,
quan-

8 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

quantum scilicet autoritatis, potestatisque inde sibi
accedere posset, nihil omittendum putauit, quod
eam indies magis magisque augere & stabilire vale-
ret. Et cum semel in morem iuisset, ut pro obti-
nendis hisce ecclesiae gratia pecuniam offerrent ipsi
fideles; auroque plumbum Romanum emerent miseri,
ingentes adhuc diuitias inde sperare poterat ecclesia
gratiosissima. Hinc omnem nauavit operam, non
solum ut plena & libera dispositio omnium rerum &
causarum ecclesiasticarum ad suac potestatis plenitu-
dinem pertinerent, atque ea secundum hanc potestatis
plenitudinem. **D E I V R E S V P R A I V S D I S P E N S A R E**
posset, (vt loquitur c. 4. X. de concess. praeb. & eccl. non
vac.) sed præterea quoque, ut quasuis res mere
seculares ad forum ecclesiasticum subque suam cen-
suram traheret; uno verbo, id ageret vnicet, ut
dum sibi nulla lex esset scripta, nulli termini positi,
ipsa vniuerso orbi leges præscriberet; terminos fige-
ret sola. Ita enim PIUS V. in bulla ap. LARREM
bist. Anglic. tom. II. ipse de se scribit: PIUS episcopus,
seruus seruorum Dei &c. Ille qui regnat in coelo & in terra,
dedit S. Petro, principi Apostolorum, omnibusque eius Suc-
cessoribus regimen ecclesiae catholicо-apостolicæ, extra quam
nulla est salus, cum absolutissima nullisque inclusa limitibus
potestatis arque iurisdictionis plenitudine, ipsum constituit
fudore-

FINIBVS IN GENERE. CAP. I.

9

supremum monarcham in omnes nationes, ad eradicandum,
destruendum, dissipandum, plantandum, aedificandum &c.
Peperit ista gratiarum & priuilegiorum dispensatio
immensos thesauros ecclesiae Romanae, ceu illud suo
tempore ingenue fatetur CONRADVS Abbas Vrſpurg.
cit. a DN. PRAES. in cit. diff. praelim. ad T. IV. I.E.P.
pag. 13. in haec verba erumpens: Gaudet, mater nostra
Roma, quoniam aperiuntur cataractae thesaurorum in terra,
vt ad te confluant riui & oggeres nummorum in magna copia.
Laetare super iniuriae hominum, quoniam in recompensa-
tione tantorum malorum datur tibi pretium. Iocundare super
adiutrice tua discordia, quia erupit de puto infernalis abyssi,
vt accumulentur tibi multa pecuniarum munera. Habet
quod semper satis. Decanta canticum, quia per malitiam
hominum non per tuam religionem orbem vicisti. Ad se tra-
bit homines non ipsorum deuotio aut pura conscientia, sed
scelerum multiplicum perpetratio & litium decisio pretio com-
parata. Nec est, quod credamus, sermonem in eis,
quae hactenus dicta sunt, non tam esse de priuile-
giis, quam de aliis gratiarum speciebus, indulgen-
tiis puta, dispensationibus, aliisque, quae a priuile-
giis admodum differunt, prout vberius docet DN.
PRAESES cit. diff. praelim. T. IV. I.E.P. §. 17. Sed,
licet quaedam adsit differentia, conueniunt tamen
istae gratiarum species in eo, quod legum rigorem
tempe-

10 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

temperent omnes & singulae; & sicuti infinita legum ecclesiasticarum moles & silua immensa est, ita in gratiam certarum personarum *in perpetuum* haec vincula laxare, & *iura singularia* indulgere consuevit ecclesia Romana omnium maxime. Loquuntur id innumera priuilegia & *iura singularia* in corpore juris canonici & *bullario* clausa, quorum si quis integrum catalogum texere vellet, facile inueniret, numerum eorumque ab imperatoribus collata sunt, hic ter quaterue superari. Et ipse BONIFACIUS VIII. in *bulla* anni 1302. ap. RYMERVM T. II. ad. Anglic. p. 903. Romani pontifices, inquit, praezellens auctoritas qualitates negotiorum, statum conditiones, & merita personarum diligentis circumspetione prospiciens, nonnulla interdum certis personis, quae alias forent illicita, concedit de suae plenitudine potestatis: tunc in illa rigorem iustitiae mansuetudine temperans, & quod negant *iura*, de gratia benignitatis indulgens, praesertim cum necessitas exigit, & causa rationabilis id exposcit. Exempla quaedam priuilegiorum iuris canonici suppeditat D.N. PRAESES cit. diff. *praelim.* §. 62.

§. IV.

Sicuti autem iura & leges in genere tum circa personas, quam circa res, causas, & actiones versantur, ita quoque contigit, ut *iura singularia* varia ratione,

Varia signifi-
catio vocis
priuilegiū.

tione, tam personis quam rebus constituerentur.
Et (I.) quidem *causis & rebus* tribuitur, ex singulari,
quae eas concomitatur, aliqua ratione, non habito
certae personae respectu. Talia v.g. data sunt doti-
bus, piis causis, alimentis, libertati, mercatura, &c.
quae quidem *priuilegia* proprie haud dicuntur, quod
non in singulas personas iura constituantur, sed sal-
tem quaedam peculiaris qualitas rebus eiusmodi,
lege deferente, inhaereat; latius tamen sumta *pri-
uilegii* voce, hoc nomine ut plurimum designari so-
lent. (II.) Certo quoque *personarum* ordini in gene-
re plura singularia iura passim tributa sunt, citra
respectum ad certum aliquod subiectum; & ita
rursus in singulas personas non fertur, sed potius
huic personarum ordini ius perpetuum, *singulare*
tamen, conceditur. Sic iura *singularia* sunt militum,
nobilium, minorum, ministrorum ecclesiae, religio-
rum, doctorum, professorum, studiosorum, mu-
lierum, miserabilium personarum, aliorumque. De-
nique (III.) certae personae quandoque ius singulare
datur, & ita lex in *singularem personam* fertur, quae
constitutio personalis proprie vocatur, *i.e.* §. 2. ff. de con-
stit. princ. v.g. si princeps alicui ex singulari gratia
immunitatem attributis induit.

12 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

§. V.

Eaque strictior, pro personali priuilegiis vero in sensu stricto ius singulare, certo individuo contra iuris communis tenorem datum, tantum priuilegium vocatur, quasi ius in priuum, seu priuatum, id est, certam & singularem personam constitutum; c. 27. X. de V. S. inualuit tamen usu forensi, ut quocunque ius singulare, quo a iure communi receditur, & tam, quod certis causis & rebus, quam quod certo personarum ordini indulgetur, aequae ac illud, quod certo individuo tribuitur, priuilegium dicatur. Usus iste fori in ipsis quoque legibus nostris fundatus deprehenditur. Sic in l. 196. D. de R. I. dicitur, quod quaedam priuilegia causae sunt, quaedam personae. Dotis praerogativa priuilegii nomine venit in l. 74. D. de iur. dot. l. 22. in fin. solut. maritim. l. 52. pr. & s. 1. de pecul. priuilegium quoque datum est debitibus pupillaribus, l. 9. s. 1. de admin. & peric. tut. pecuniae in refectionem aedium creditae in l. 25. de reb. cred. tribuitur porro priuilegii vox iuri singulari, certo personarum ordini dato, ut in l. 36. §. fin. de fideicommiss. libertat. vbi priuilegii ciuitatis vel corporis vel officii mentio fit, priuilegia militum in l. 40. D. de administ. & peric. tut. l. 24. de testam. milit. priuilegia fisci in l. 6. §. 1. de iure fisci allegantur. Certe si ad usum vulgarem respicias, quid frequentius est? quam quod

FINIBVS IN GENERE.

quod iura pupillorum, militum, studiosorum, clericorum, piae caussae, dotis, creditorum, iuramentorum &c. priuilegia communiter dicantur.

§. VI.

Ceterum mittimus hic latissimum illum & vere
improprium priuilegii vocis significatum, cuius su-
pra mentionem iniecumus, quando scilicet denomi-
natio ista largitur qualicunque & quacunque de cau-
sa nota praerogatiuae, quam non soluna ius, sed
natura quoque, & quodus aliud accidens, alii prae
aliis impertit, eumque a communi aliorum, non
lege tantum, sed quacunque alia conditione & qua-
litate eximit. Hoc sensu occurrit vox priuilegii
apud SENECA M de vitae tranquill. c. 3. Si dicas, sa-
pientem aequo animo laturum iniuriam, nullum habet
priuilegium. Contingit illi res vulgaris, & quae discitur
ipsa iniuriarum assiduitate, patientia. Item si v.c. dixe-
rim: Omnes homines mortales sunt; nullum hic da-
tum est priuilegium.

Differentiae
Latissima, de-
notans quam-
libet praeroga-
tiuam.

§. VII.

Potius vocem priuilegii hic accipimus in sen- Privilegii de-
su iuridico, & ad eius essentiam requirimus, vt con- finitio.
cedatur priuilegium ab eo, qui legem ferre & ius
condere potis est. Cuius enim est sancire leges ge-

14 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQUE

nerales, eiusdem quoque esse debet constituere priuilegium seu ius singulare, quia itidem vim legum habet, & per illud persona vel res quodammodo iuris communis tenori eximitur, quod nemo potest, nisi qui iuris condendi potestate gaudet. Quales in imperio nostro R. G. sunt imperator, & ex iure superioritatis territorialis status imperii, in suis quilibet territoriis & prouinciis. Et praeterea in priuilegium concedente potestatas legislatoria eo magis requiritur, quod priuilegium quodus, siue *personale* siue *reale* sit, vim omnes generaliter obligandi habere debeat, & omnibus necessitatibus imponendi, ne tali priuilegio maestatum, in eiusdem viu turbulent, impedian, aut priuilegii limites inuadant. Nec tamen vocis praedictae significatum adeo constringimus, ut saltē *constitutiones personales* illo includere velim, quin potius, iuxta forensem usum, ius quod cunque singulare, quo a iure communi receditur, siue illud certis causis & rebus, siue certo *personarum ordini*, siue certo demum individuo fuerit datum, sub hac denominatione includamus. Est itaque nobis

PRIVILEGIVM *ius singulare*, *seu speciale*, *contra iuris
vniuersalis*, *seu communis tenorem*, *certae rei vel personae*, *a summo imperante*, *aequitatis administrandae causas*, *legitime tributum*. H. GROT. de I. B. & P. L. II.
c. 18.

c. 18. s. 4. L. B. ab ENENCKEL de priuilegiis; L. I.
c. II. s. 6. T. P. *Expositio in Codicem Canonum Ecclesiasticorum*

§. VIII.

Proxime conuenit priuilegium cum dispensatione, adeo ut Canonistae hac vtriusque similitudine decepti, iura singularia, priuilegia & dispensationes eadem plerumque definitione complectantur, prout docet DN. PRAESES in dissert. de sublimi princ. ac statuum euangelicor. dispensandi iure Sect. I. c. i. §. 9. not. (g). Non tamen per omnia vnum sunt idemque; praelaudato namque Auctori iam cit. diff. p. II. DISPENSATIO ita definitur, quod sit prouida ac grata legis prohibitiuae vel praecipiuae a legislatore facta relaxatio in certo & peculiari casu, vt hic, citra exemplum tamen, licite & valide fieri vel omitti queat, qui alias omittendus vel faciendus erat ex legis prescripto. Genere conueniunt, certum est, nam aequum beneficium principale est dispensatio ac priuilegium: conueniunt quoque in plurimis aliis, adeo vt saltem vna superfit differentia, quae vtrumque actum separat, quod videlicet dispensatio duntaxat ad vnum actum determinetur, & cum eo expiret, adeoque constituat ius quoddam personale in uno aliquo actu, vt ne quidem ab eo, quo cum dispensatum est, ad alios actus trahi queat. Sic v. c. cui per dispensationem permisum est, vt possit vxoris defunctae foro-

Differentiae
eius a iure di-
spensandi.

¶ CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQUE

sororem ducere, ea defuncta, tertiam sororem, sine noua dispensatione, ducere nequit. Evidem secundum ius Rom. etiam tale ius personale, ad unum actum duntaxat directum, priuilegium dici posset, & parum referre videtur, vtrum ad unum actum, an vero ad similes alicui indulgeatur; adeoque ne quidem hoc sensu a priuilegio differret. Quoniam tamen usu forensi priuilegium ordinarie praedicatur de tali iure speciali, quod contra regulam iuris communis quid in genere constituit, & ad omnes actus, circa quos priuilegium versatur, dirigitur, illisque in genere singulare ius perpetuum vel nouam regulam constituit, omnino hanc differentiam admittendam ulteriorius euincit. DN. PRAES. c. i. §. 12. seq. Interim negari nequit, quod haec differentia non tam essentialis, quam solum accidentalis sit; realis tamen est illa, & ad unum ab altero discernendum sufficiens.

¶ IX.

Item a mutatione legis. Porro, licet priuilegium quandam legis seu iuris mutationem inuoluat, tamen a mutatione legis in specie sic dicta, multum differt; nam per priuilegium, non tam lex ipsa, quam valor eius & efficacia, circa unam alteramue rem, personam, aut totum personarum ordinem, mutatur. Salua nimurum lex manet, & non nisi circa personas vel res, per priuilegium

gium exceptas, laxationem, suspensionem aut alterationem patitur. E contrario *mutatio legis*, si non plenariam destructionem, magnam saltim eius quo ad vniuersos subditos mutationem infert.

§. X.

Diffrerit denique etiam priuilegium ab interpretatione *ex aequitate*, eaque tam *restrictiva*, quam *extensiva*. Scilicet priuilegium ex parte tollit legem, interpretatio eam dextre interpretatur; illud certas personas eximit ab obligatione legis: *haec* legem ad praesentem casum non pertinere ostendit propter naturalem aliquam seu aequitatis rationem, quod scilicet alias absurdī & iniqui quidpiam inde consequeretur fore: haud raro enim tam violentae occurunt *repudios*, vt in iis legem seruare velle, sit in leges praecipuas peccare. Priuilegium indulgere folius imperantis est; *legem interpretari ad officium ICTI* & cuiusvis iudicis etiam pertinet.

§. XI.

Diximus haec tenus, quānam tam in libera republica Romana, quam ea inclinante, subque imperatoribus priuilegorum fuerit origo atque natura; inde de varia vocis priuilegii significatione strictiori, latiorique quaedam addidimus, subiungentes demum,

Fines, termini,
metae quid?
regere quid?

quo

C

2001

18 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

quo sensu & qui nobis hic accipiatur ac definiatur
privilegium, & quomodo a iure dispensandi, mutatio-
ne legis, & interpretatione ex aequitate illud differre
dignoscatur. Supereft, vt iam de altera rubricae
parte, quae est *de finibus regundis*, paucis agamus.
Est autem *finis* in genere extremitas vniuersiusque
rei, hoc est, id, in quo unaquaque res terminatur,
das Ende, das äuferste eines Dinges; & finem quasi
funem dictum putat ISIDORVS XV. 14. inquiens:
*Fines dicit eo, quod agri funiculis sint diuisi. Mensura-
rum enim lineae in terrarum partitione tenentur. Fines,*
in plurali, pro terminis seu limitibus, Grenzen, vsta-
tissimum est; & in specie de agris praedicantur, quod
fines seu limites & terminos habeant. Inde totus ti-
tulus in Digest. *de finibus regundis*, id est, dirigendis,
discriminandis & statuendis. Regere enim antiqua
& Decenuirali significatione est, suis finibus termi-
natum habere. De terminis quoque seu limitibus
plures peculiares leges rogatae sunt, Sempronia, Ma-
milia, Cornelia, Iulia &c. Deinde in sensu moralis fu-
mitur pro caufa, propter quam aliquid fit, die Ab-
ficht, der Endzwift; Sic CICERO scripsit quinque
libros *de finibus bonorum & malorum*, i.e. de extremis,
ad quae referuntur omnia, & quorum caufa omnia
facienda sunt aut fugienda. Nos dum priuilegiis
suos

suos fines esse, qui regendi sint & dirigendi, assertimus, rō fines quidem accipimus improprie, quippe illud rebus moralibus seu iuribus attribuentes; non autem tam arte vocis significatum circumscribimus; vti CICERONI in laudatis libris de finibus, & ciuilis philosophiae doctoribus alias consueuit, vt scilicet sub nomine finium tantum includamus causas rerum moralium seu ciuilium finales. Paulo latiori vocem accipimus sensu, & fines nobis sunt extremitas seu ora ultima negotii vel rei cuius ciuilis & moralis, quae essentiam eius & accidentia, seu omnem latitudinem & extensionem eiusdem striae includit, illudque ab aliis rebus moralibus distinguit. Vel potius, sunt modus certus & restrictus, quo negotia moralia seu ciivilia ita circumscripta sunt, vt eum excedere nequeant. Hic quoque significatus sat frequenter occurrit, & rebus quoque moralibus terminos suos figi, limites, metrasque statui, satis notum est. Sic fines tribuuntur (α) pretio in l. 66. §. 3. de euict. (β) conuentionibus, l. 17. c. loc. (γ) quotac ex l. Falcidia, l. 15. §. 4. ad l. Falcid. (δ) obligationi ex peculio, l. 10. de compensat. (ε) in primis vero mandato, c. 21. X de offic. & pot. iudic. deleg. PAVLVS ait in l. 5. pr. mand. diligenter igitur FINES MANDATI sunt custodiendi; nam qui exceperit alium quid facere videretur. Vnde qui mandatum egressus est, tenetur.

20 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQUE

*I. qd. mand. hinc. qui formam mandati egreditur, vt
CAIVS in fragm. tit. 17. ait. Denique (ξ) etiam de
privilegiis praedicantur fines in c. 20. X. de priuileg.
Meta proprie quidem significat corpus ex rotunda
basi in acutum fastigium assurgens, eis ene Regel;
deinde famen quoque pro termino usitata vox, ad
quem cursu contendebant, imo metaphorice de fine
cuiusvis rei adhibetur, Ziel oder Ende. Hinc VIR-
GILIVS sedum usq; 3. illuc augustinus, mappo, noit
om. His ego nec metas rerum, nec tempora fsgo.*

Et OVIDIUS.
*Tendimus hic omnes, metam properamus ad unam.
Metarū significat metas ponere seu constituere, &
ita locum seu spatum definire, sive certis finibus,
terminisque circumscribere. Fines, metasque de re-
bus quoque moralibus & civilibus praedicari, teme-
re negabit haud facile quisquam; definiri illas, suas-
que ipsis esse definitiones, terminos & metas, quo-
tidiana docemur experientia. Meta praedicatur de
termino temporis. l. 23. C. de poen. l. 31. C. de appellat. Me-
tas seu fines privilegiorum loquitur c. 7. X. de priuileg. in
fir. ibi: Sic enim eos volumus privilegiorum suorum ser-
uare tenorem, quod eorum metas transgredi minime vi-
deantur. Metas sibi traditas habere dicuntur inqui-
sidores, quas tamen ut plurimum excedunt iuxta
clem.*

clem. i. de haeret. Cum enim fines turbari possint, vt dicitur in c. 2. *X. de priuil.* necesse omnino est iudicium finium regundorum. Sed sufficient iam haec dixisse de rubro *dissertationis* nostrae; quod est de *finibus priuilegorum regundis*, seu, quod idem est, *dirigendis*. Cum lege loqui, & vel Decemuirali quoque, haud erubescit *ICTus*; nec prisca locutio in verbo *regundis* facile quemquam cultioris latinitatis amantem offendet.

§. XII.

Sed antequam ad ipsam, quae de *turbatis priuilegorum finibus regundis* est, tractationem procedamus, opus mihi quidem esse videtur, vt quaedam adhuc generalia de *natura & effectibus*, praecipuisque *divisionibus priuilegorum* praemittamus, ex quibus deinde de *turbatis & confusis priuilegorum finibus* iisdemque, prout par est, regundis & ad regulas suas reducendis, iudicium institui possit. Et initio quidem disquirendum est, *num priuilegia reipublicae necessaria & salutaria sint, nec ne?* Plures sunt rationes, quae negatiuae sententiae fauere videntur; ast re accuratius perpenfa eadem facile remoueri possunt. Per *priuilegium* ius aliquod singulare constitui, leges generales infringi, supra iam dictum est. In-

De natura &
effectibus priuilegorum.

C 3

quum

22 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

quum hoc, & a ratione administranda reipublicae alienum videtur: nam per priuilegia leges salutis publicae cauſa in vniuersos & singulos latae, in priuatorum gratiam re ipsa, licet quoad certas personas & restantum abrogentur. Hinc porro, inter ciues inaequalitatem pariunt, odio & indignatione incendunt reliquos, dum cupiditas insatibilis eos, qui eiusmodi beneficio principali fruuntur, ad maiora semper amplectenda compellit. In de bellis, dissensiones, aemulationes, turbae plurimae. Nam cum prima aequitatis pars aequalitas esse videatur, omniumque rerum & personarum, quae priuatam degunt vitam, aequalis esse debeat conditio, & quod vni permittitur, caeteris prohiberi aequalitas vetet; quomodo priuilegia aqua possunt credi, quae aequalitatem tollere videmus. Igitur nec beneficium cum alterius iniuria postulare conuenit, l. 12. ff. ad Trebellian. nec quod inter alios agitur, alterinocere debet, l. 13. in fin. pr. l. 29. §. vlt. D. de seruitut. l. 10. D. de iure iur. nee omnino in iniuriam cuiusquam beneficia tribuere moris est. l. 4. C. de emancip. lib. Natura enim aequum est, neminem cum alterius damno fieri locupletiorem, nec damnum sentire aliquem ex alterius lucro debere. l. 14. D. de condit. indeb. l. 6. §. 2. D. de iur. dor. Iam autem omne priuilegium cum

cum alterius damno coniunctum inueniet, quisquis singula bene considerauerit; nam quicquid alienum nobis tribuitur, de alieno dari necesse est; & si vel saltim honor aut dignitas aliqua alicui per priuilegium tribuitur, ea quoque alteri aliquid decedere videatur. c. i. X. de priuilegiis. Ne plura addamus heic, ipse IVSTINIANVS IMP. in auth. Ut omnes obediant iudicib. §. 4. priuilegia damnare videtur verbis: *Hanc dicentes iustitiae legem, adhuc potius faciemus eam iustiorem, si nulli permittamus habere contra eam quaedam priuilegia, nec excipi ab hac lege quolibet priuilegio.* Vera quidem sunt, quae haec tenus diximus, suo modo; sed ad abusum potius, qui in primis in curia Romana regnat, quam verum & necessarium usum priuilegiorum pertinent. Nam si verum usum eorundem probe perpendimus, inueniemus, quod is, qui omnia priuilegia e republica, qualis qualis illa sit, proscribenda putauerit, iniquissimam inaequalitatem introducendam, coque ipso iustitiam & aequalitatem inter homines tollendam suadeat quam aperi-
tissime. Hoc sequentibus, ut alia iam omittamus, argumentis probari posse confidimus. Ipsa iuris legumque, non nostrarum solum, sed quarumcunque, natura & ratio, priuilegiis sine summa iustitiae rerumque omnium perturbatione carere

non

24 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE.

non posse, satis euincit. *Nulla enim lex, neque Senatusconsultum prolatum in republica Romana videtur, ad omnia sufficienter promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem et eius machinationes sufficiat.* Verba sunt IVSTINIANI IMP. in praef. Auth. quib. mod. naturales filii. Idem confirmant l.2. §.18. C. de veter. iur. encl. ibi: non desperamus, quaedam post emergere negotia, quae adhuc legum laqueis non sunt innodata, & l.2. D. unde cognati l.19. D. de I. & I. Causa huius est, quod iura non de his, quae raro, sed de his, quae ut plurimum accident, nec in singulas personas, sed generaliter constituantur. l.3. & seqq. D. de I. & I. Nam cum magna sit naturae & negotiorum humanorum varietas, & nihil inter homines adeo stabile, ut nullam patiatur mutationem, inde sequitur, ut omnibus, quamvis accuratissime latis legibus, omnes & singuli casus haud comprehendantur. Nec vniuersaliores tantum, sed & duriores aequo aliquando sunt leges, acerbiores quoque, strictae nimis & rigidae, aut dolis occasionem, nisi temperentur, subministrantes. Quare nunc supplendae sunt, nunc exceptione, alioue remedio adiuuandae, & corrigendae; nunc rigor laxandus, nunc severitas mollienda, subtilitas aut stricta nimis ratio omit-
ten-

tenda. Denique non tantum poenis sed & praemiis
ciues in officio continendi, *I. i. de I. & I.* adeoque sicut
ti aequum est, vt delinquentes poenis afficiantur,
ita pariter aequitas desiderat, vt qui p[ro]ae ceteris reip.
commodis inuigilant, eiusque salutem promovent,
praemia accipient, inter quae primum locum occu-
pant priuilegia.

§. XIII.

Cum porro pro varia natura & indole varia-
rum priuilegii specierum, diuersum quoque sit de
finibus eorum *regundis* iudicium; hinc non inconsul-
tum esse credimus, antequam ad ipsum, quod iam
diximus, iudicium accedamus, *potiores* priuilegii
diuisiones, quantum quidem ad scopum nostrum
opus est, recensere. Prima & praecipua diuisio
priuilegii est, cum dispescitur in *personale* & *reale*.
Fundata est haec distinctio in *I. 68. & 296. D. de R. I.*
nec non *I. i. D. de iure immun.* *Personale* vocatur,
quod *intuitu* personae conceditur, seu cuius prox-
ima & immediata cauſsa fuit *persona*, cui tanquam
subiecto immediate cohaeret, & regulariter cum
eadem extinguitur. *I. 196. D. de R. I. I. i. §. 2. D. de constit.*
princ. I. 42. D. de administr. & peric. tut. I. 14. D. de testam.
tut. *Reale* priuilegium est, quod *cauſae* vel *rei* tri-
buitur, in eum finem, vt ob istam cauſam vel rem

De potioribus
diuisionibus
privilegiū.

D

per-

26 CAP. I. DE PRIVILEGIIS, EORVMQVE

persona, cui datum, singulari fruatur iure. Et tale priuilegium in quemlibet caussae istius vel rei legitimum possessorem transit. *arg. l. 196. D. de R. I. l. 1, §. 1.* *D. de iure immun.* Porro priuilegium aliud *generale*, aliud *speciale* dicitur. *Speciale* vocant, quod *uni* tantum & *singulari personae* vel *loco* tributum; *generale*, quod *pluribus* eiusdem generis communiter indulgetur. *l. u. §. 2. ff. de minor. l. 9. C. de calumniator. l. 9. C. de sent. pass. l. 23. C. de episc. & cleric.* Tertio priuilegium dividitur in *precarium* seu *gratiosum*, & *conventionale*. Evidem omnia priuilegia *ex gratia* concedentis dependent, quatenus scilicet ex mero debito haud profiscuntur; sed tamen *gratia* non semper *vnica* caufsa est concedendi priuilegia, sed vel *preium oblatum*, vel *antedecedentia bene merita* extraordinario praemio compensanda. Quoad prius reuera res in contractum emtionis incidere videtur, cum illud ius, quod pretio acquiritur, sit pretio aestimabile, licet ut plurimum res non per modum contractus peragi, sed, quoad schema externum, ius hoc in alterum quasi ex gratia transferri videatur; & hoc intuitu talia priuilegia dicuntur *conventionalia*. *Precarium* itaque est, quod ex solo benignitatis affectu per modum *gratiae gratis* conceditur; *conventionale*, quod pecunia vel alio titulo oneroso acquiritur. Quale
-190-
a con-

a concedente eiusue herede aut successore reuocari non posse, vt pote ad acquirentis posteros transiens, communis quidem Ddum sententia est; quoniam superior cum subdito transigens non aliter consideratur, quam talis, qui ordinariis contractuum regulis per omnia stare tenetur, id est, quam priuatus. H. GROT. de I. B. & P. lib. 2. c. 14. §. 6. Synt tamen casus, vbi recte reuocantur eiusmodi priuilegia *titulo oneroſo* quaesita, e. g. salute reipublicae ita exigente, modo indemnes feruentur, qui ex tali reuocatione laeduntur. DN. PRAES. *Introduct. in Ius Publ. Vniu. Part. Spec. L. 2. c. 3.* §. 64. Ad conuen-tionalia priuilegia etiam referre solent *remuneratoria*. MYLER AB EHRENBACH *nomol. c. 2.* §. 15. quin eiusmodi remuneratoria priuilegia, quae ob bene merita singularia conceduntur, multum participare vindentur ab illis, quae alias *titulo oneroſo* concessa sunt. Adeoque illis eandem cum his naturam tribuunt communiter, quod scilicet non facile reuocari debeant. Ulterius & quarto priuilegium dividitur in *perpetuum*, quod rei de se perpetuae adhaeret, & sine temporis limitatione concessum est, v.g. ecclesiae: c. 4. c. 19. qu. 3. & *temporale*, quod ad certum tempus, solam personam & conditionem restrictum. I. 2. C. de precib. imper. offerend. l. 27. §. 1. D. de paci. l. 41.

D 2

D.

D. de V. O. Demum cum hac diuisione coincidit
fere illa, cum, quinto, priuilegium aliud *reuocabile*,
aliud *irreuocabile* esse praedicatur.

CAPVT II.

De finibus priuilegiorum
regundis.

§. I.

Qui? & quo-
modis fines
priuilegiorum
dirigantur.

JAm ad ipsam *finium priuilegiorum* reeturam acce-
dentes, *fines regi* & *dirigi* dicimus, dum statui-
tur, quid, quantumue sub hoc vel illo priuilegio,
aut sub hac vel illa priuilegii specie compre-
hendi & contineri debeat. Fit autem hoc in primis
tripliciter, vel 1) *fines obscuros* & *confusos* declaran-
do simpliciter, vel 2) restringendo eos, vel 3) ali-
quando extra ordinem & ex ipso priuilegii sensu
evidenter demonstrato extendendo & prorogando
v. g. dum priuilegium personale quandoque natu-
ram realis quodam modo induit; vel quando ad alias
pluresue personas aut res, quam verba priuilegii pree-
se ferunt, effectus illius, ex dispositione tamen &
mente legislatoris, extenditur. Instituit autem eius-
modi finium priuilegii regundorum iudicium vel
(I) ipse *imperator*, seu quilibet *summus* in republica

prin-

princeps, dum eos authentice interpretatur; vel (II) *iudex* competens lite de obscuratis aut turbatis priuilegii finibus mota; vel (III) dirigunt fines *ipse litigantes* amicabiliter de limitibus priuilegii transfigentes; Et denique (IV) *consuetudine*, *praescriptione*, *factoque vel non-facto*, priuilegio contrariis, limites eiusdem declarari, extendi, minuiue, imo penitus possunt excludi. Quae singula iam latius nobis erunt perlustranda.

§. II.

Ex supra dictis satis patet, priuilegia hanc habere debere naturam atque indolem, ut, quibus ius commune seu generale, ob iam dictam legum humanarum imperfectionem, aequitatem negabat, his illa in specie eandem, quoad eius fieri potest, exhibeant. Cumque priuilegia non solum priuatim, sed publice etiam utilia existant, nullum plane est dubium, quin summus imperans seu princeps, qui leges generales condere potest, easdem & limitare, extendere, restringere, corrigere & quosdam quoque ab earum obligatione eximere, seu, quod idem est, priuilegia concedere, horumque pariter fines dirigere possit, & debeat quoque.

D 3

§. III.

Qualis circa
ita potestas
Imperatoris
R. G.

Ita quidem generaliter tenendum est; sed ad praesentem Imperii Romano-Germanici statum respicientes, ex legibus fundamentalibus, ac ipsa imperatorum capitulatione cognoscimus, aliqualem quoad regimen imperii vniuersale hic deprehendi discrepantiam. Quippe, iuxta formulam imperii Germanici, non quidem exigua rerum gerendarum pars a voluntate imperatoris dependet; praecipua tamen maiestatis iura is non exercet, nisi ex *consensu ordinum imperii comitiali*. Ita inter alia, quod solum iam huc spectat, imperator leges, totum imperium concernentes, solus ferre haud potest, nec interpretari easdem authentice; sed opus est, ut statuum imperii consensus in hoc & aliis maioris momenti negotiis publicis concurrat. Hoc etiam definitius *cauitque instr. pac. Osnabr. art. VIII. §. 2.* Gaudeant sine contradictione iure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis imperii, praesertim vbi leges ferendae, vel interpretandae; bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituenda, noua manimenta intra statuum ditiones exstruenda, nomine publico, veterane firmando praefidiis; nec non vbi pax aut foedera facienda, aliae eiusmodi negotia peragenda fuerint, nil horum aut quicquam simile post hac unquam fiat vel admittatur, nisi de comitiali,

libero-

iberoque omnium imperii statuum suffragio & consensu.
Licet autem leges vniuersales condere haud valeat
Imperator, nihilominus vi referuati gaudet pote-
state concedendi diuersa priuilegia, & conferendi
dignitates personales in imperio, idque extra comi-
tia, inconsultis & ignorantibus imperii statibus, prout
ipsa experientia satis testatur. vid. STRYK in vſu
Mod. ad tit. D. de confit. princ. §. 8. & 9. modo talia
priuilegia non tendant in magnum imperii detri-
mentum, aut adjura statibus cum imperatore com-
munia, maxime in comitiis imperii peragenda non
pertineant. Curare enim debet imperator, vt eius-
modi priuilegia dignitatis, non nisi bene meritis
conferantur, & ne per concessam v. c. nouam digni-
tatem aliis statibus emergat praeiudicium, vid. CA-
PITVL. IOSEPH. art. 43. CAROL. art. 22. aut aliorum
statuum iuri territoriali, sub quo principes, comi-
tesue einsmodi nouiter creati bona sua possident,
derogetur. CAPITVL. IOSEPH. art. 45. CAROL.
cit. art. 22. Imo quoad priuilegia de non appellando,
monopolia, & exemptiones per capitulationes no-
viores prouisum, & imperatoris potestas restricta est,
ne amplius ab eo concedantur. vid. CAPITVL. IO-
SEPH. art. 44. & CAROL. art. 18. ibi: In Erthei-
lung aber der ietzgemeldter Priuilegiorum de non
appel-

appellando, non euocando, electionis fori und der-
gleichen, welche zu Aueschließung und Beschränkung
des H. Reichs iurisdiction, oder sonst zum praeiu-
diz eines tertii, ausrinnen können, sollen und wollen
wir die Nothdurft väterlich beobachten, und nach In-
halt des Reichs Abschieds d. a. 1654. mit concession
der priuilegien erster instantz, oder sonderbarer Aus-
träge auf diejenige, welche dieselbe bishero nicht gehabt,
oder hergebracht, förderst an Uns halten. &c. Exci-
piuntur quoque priuilegia *vniuersum imperii statum*
concernentia, qualia v.g. sunt, erigendi, augendi
vel prorogandi vectigalis; cudenda monetae,
fruendi voto & sessione in imperii comitiis &c, circa
quae latae sunt leges, quas imperator infringere ne-
quit. vid. CAPITVL. IOSEPH. art. 20. 33. 43. CAROL.
art. 8. 9. 18. & 22. Ceterum, sicuti in quibusdam ne-
gotiis imperatori Rom. Germ. ius competit, priuilegia
per vniuersum imperium valitura conferendi
ita penes eundem erit, eiusmodi priuilegiis a se legi-
time, i.e. saluis imperii legibus vniuersalibus, &
iuribus statuum territorialibus, concessis, fines suos
terminosque constituere eosque dirigere. Vide sis-
DN. GAERTNERI *diff. de imperatore resuitorum suo-*
rum iudice & executoro.

§. IV.

§. IV.

Status imperii, ex iure supremae territorialis potestatis, sicuti *leges uniuersales* in suis territoriis valituras ferunt, ita *priuilegia* quoque concedunt, & eorundem fines declarant atque determinant. Evidem restringunt quidam hanc statuum imperii potestatem legislatoriam ita, ut nihil eos posse statuere in suis territoriis *contra ius commune* asserant; vid. MYLER AB EHRENB. de princip. & statib. imp. c. 39. §. 5. Sed nimis generaliter haec dicta sunt. Admitti eatenus possunt, quatenus nihil statuere queant *contra publicam imperii salutem*. Nam si tantummodo leges negotia priuata subditorum concernunt & dirigunt, iisque formam nouam praescribunt, hoc omnino ex eadem suprema potestate illis erit concedendum, licet contrariantur recessibus imperii, quippe quibus ipsi principes inter se propter *pactum* obligantur, sed, ut quoque easdem in suis territoriis praecise in obseruantiam deducant, minime adstringuntur. vid. B. THOMAS. diff. de stat imper. potest. legislat. Hisce limitibus quoque eorum priuilegia, horumque finium regundorum iudicium circumscribendum esse putamus.

E §. V.

zudimt

De statuum
imperii potes-
tate circa le-
ges & priuile-
gia.

§. V.

Quid magistratus inferiores possint circa priuilegia. Cum priuilegia quoad certam personam vel rem leges generales mutent, vel tollendo vel detrahebendo, non nisi maiestatis arbitrio relictum esse potest, quo usque obligatio legis sese exserere debeat, & ita solum penes summum imperatorem erit, quippe qui solus leges ferre, ac quosdam ab obligatione legis eximere potest & ita *authentica interpretatio* ipsi primario competit. Ita PAVLVS in I. 43. pr. de vulg. & pupill. substit. Beneficia quidem principalia ipsi principes solent interpretari. Magistratui subalterno hoc ius tribui nequit, cui tantum arbitrium circa leges relictum non est; nisi forsan imperantibus non adeo intersit, & magistratus, per modum *conuentionis* cum ciuibus initae, aliquem ex subditis ab oneribus eximere, & onera eiusdem, ratione reipublicae fereda, subire paratus sit; qualia priuilegia *conuentionalia* dici merentur. Praeterea, quemadmodum quandoque magistratui subalterno ius *statuendi* competit, ita quoque eidem certas personas, supposita tamen iusta cauſa, ab obligatione *statuti eximendi* ius haud denegandum. Nihil enim a suo munere alienum magistratus hic facit, sed illud ipsum, quod in iure *statuendi* iam tum comprehensum est. Et tali quoque casu magistratui subalterno iudicium de finibus

finibus priuilegii, vi iuris statuendi a se concessi, competere omnino debet; *I. antepen. D. de praetor. stipul.* nec enim debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. *I. 21. D. de R. S.*

§. VI.

Ceterum iudicium finium priuilegiorum regundorum, quod ab ipso summo imperante quandoque instituitur, nullis regulis, quam voluntatis liberae alligatum est, ut CELSVS in *I. 191. in f. de, R. I.* notanter ait: *quem modum h. e. fines, beneficii sui esse vellet, ipsius aestimationem esse.* Et cum iuxta *I. 3. C. de crim. sacrileg.* non oporteat disputare de principali iudicio, nostrum iam non est, multa differe-re de regulis, secundum quas illud institui possit, aut debeant.

§. VII.

Progradimur ad iudicium finium priuilegiorum regundorum, quod *iudicis* esse, supra diximus. Ex *ca* ^{II. Potestas cir-} *fines priuilegii dirigit, quaenam?*
iis quae paulo ante dicta sunt, dubitari fere posset, num iudici, lite de excessu priuilegii a summo imperante concessi mota, potestas & iudicium regundi fines eiusdem competit, nec ne? Nam qui fines priuilegii cis & ultra dirigit, seu prorogat & constringit, mutare aliquid videtur in priuilegio; cum

autem priuilegium sit species legis, & legis mutatio non nisi summo imperanti propria esse debeat, potestatem istam iudici haud attribuendam esse, verisimile fit. Sed respondemus: Iudici data est potestas a summo imperante cognoscendi de caussis ciuium controuersis, easque iudicio suo & legali sententia dirimendi. Cum autem iudicium hoc consistere non possit sine exacta legum scientia (quae interpretationem earum secum trahit) & iuris ad factum controuersum applicatione; inde sequitur, ad iudicem & interpretationem legum, & applicationem earundem pertinere. Priuilegia autem quoque leges suo modo sunt, singulares scilicet, & exceptiones a lege formantes, ergo & haec scire, interpretari & applicare debet. Et in summa, tanta & eadem esse debet potestas iudicis in cognoscendo de *caussa priuilegii*, quanta & qualis eius est potestas in cognoscendo de *caussa* alia quavis ex *lege generali* deciderenda. Certe ipsum iudicis officium nullum & frustraneum, & omnis eius iurisdictio inanis esset futura & vana, nisi, cui de regula, eidem quoque de eius exceptione: cui de *lege generali*, eidem etiam de singulari seu priuilegio, eadem iurisdictio competit. Imo addo, tantum esse debere iudicis circa priuilegia, eorumque fines regundos potestatem, ut quandoque

doque totum priuilegium, re ita ferente, ab effectu suo ad tempus suspendere possit, si forsan summa inde iniquitas & detrimentum reipublicae metuendum sit. Iudex dum modo fines priuilegiorum obscuros & turbatos regit, dirigit, priuilegium ipsum non mutat, sed tantum de iure eius, qui priuilegio vtitur, cognoscit & statuit, nec in hoc quicquam facit, nisi quod sui officii est, & potestatis iudicariae a summo imperante sibi concessae. Nec mirum, cur haec circa interpretationem & applicationem priuilegiorum potestas tributa sit iudici, cui in conferendis iisdem plane nullum ius. Scilicet per priuilegia, aequo ac per leges, vt primum collata sunt, ius nobis plenum atque integrum acquiritur, l. 2. C. d. legib. quorum veram mentem & sensum eruere, iudicis est, qui de *limitibus priuilegii* iudicat, cuius tamen sententia non aliter valet, quam si in vim rei iudicatae transferit. Et haec est ratio, cur iudici maior potestas data sit in cognoscendo super priuilegio, cum eius plane nulla sit in conferendis illis; quia scilicet a sententia iudicis ad summum imperantem adhuc appellari potest. Et iudex dum hoc modo de finibus negotii alicuius ciuilis iudicat, nihil facit, tanquam iusto plus vel minus fecerit, sed, tanquam id, quod constituit, iustissimum sit.

§. VIII.

Num priuilegia interpretatione indigent?

Sed leges generales interpretatione indigere certum est: num autem singulares seu priuilegia eandem etiam requirant & admittant, dubitari fere posset. De *legibus generalibus* nemo est, qui dubitet; nam supra iam dictum est, nullam legem, neque senatusconsultum prolatum in republica ad omnia sufficienter promulgatum; sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem & eius machinationes sufficiat. Magna est enim naturae & casuum humanorum varietas, nihilque inter homines adeo stabile, ut nullam patiatur mutationem aut limitationem. Haec casuum & rerum humanarum indomita varietas inferioribus quoque iudicibus leges, & sic quoque priuilegia, aequitate suadente, moderari, eius limites ostendere & excessum, remouere permittit. I. 2. D. de re iud. I. 4. D. de eo, quod certo loco &c. ibi: *in summa*, aequitatem quoque ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni addictus est. I. 38. D. de rei vind. ibique: bonus iudex varie ex personis causisque constituet. I. 5. C. de bon. quae lib. I. fin. D. de petit. heredit. I. 13. D. de procur. I. 73. *in fin. eod.* I. 15. *in fin.* D. de neg. gest. I. 13. D. de testib. vbi, quod legibus omissum, non omitti religione iudicantium debere praecipitur. Legem vtilem reipublicae interpretatione

tionē adiuuare suadet l. 64. §. i. D. de condit. & de monſtr. Monendum tamen est, aequitatem hanc vrgentem & euidentem esse debere, & verba legis, sententiamque principis nonnihil obscuram heic ſupponi; alias cum VLPIANO l. 12. §. i. D. qui & a quib. manu. dicendum: *Dura lex, ſic tamen scripta eſt.* Aſt de priuilegiis dubitari poſſet, num iſdem defectibus & infirmitatibus ſubiecta ſint, ac quidem in legibus generatibus contingere ſolet. Nam cum priuilegia ius ſingulare & personale conſtituant, & iis voluntas principis ad ſingularia individua iam determinata ſit, ea ſimili defectu, ac quidem leges gene- rales, multo minus laborare poterunt.

§. IX.

Et inde recte omnino dicitur, quod priuilegia Et quaenam ſtrictissimae ſint interpretationis ſeu ſtrictos & praecifos locum in iis habeant fines, nec facile aliam quam declaratiuam & reſtrictiua admittant interpretationem. Eſt autem declaratiua interpretatione grammatica, quando ex verbis ſenſum priuilegii eruimus & voluntatem dicentis pandimus; reſtrictiua autem, quando fines in priuilegio praefcriptos non excedimus ex rationis identitate, & ita ad ſimilia non progredimur, quae interpretatio alias logica dici ſolet. Ita ſtrictam in-

terpretationem adhibendam esse iubent leges nostrae
veluti *I. 21. D. de testam. milit. I. 162. D. de R. I. I. 3. C. de*
legib. I. 2. I. 4. C. de appellat. Nam quae stricti iuris sunt,
ultra casum determinatum atque expressum prorogari
& extendi non debent ; *I. 42. sq. D. de eiusdem. priuilegia*
autem stricti iuris esse, arguant quoque *c. 3. c. 7.*
c. 20. X. de priuilegiis. cum, quod contra ius commune est,
vel ab eo recedit, exceptionem operetur & stricti iuris
sit. *I. 3. §. 1. D. de negot. gest.* Et in genere cauendum,
ne qua interpretatio plus, minus, aut diuersum in-
troducat. *I. 13. D. de procurat. I. 35. C. de inoffic. testam.*
I. 5. D. de probat. Ceterum cum habeamus etiam in
iure nostro leges, quae expresse beneficia principis plenissime & largissime interpretari iubent, *I. fin. D. de con-*
stitut. princ. I. 201. D. de V. S. I. 220. eod. c. 22. X. de priuilegiis. c. 6. X.
de donat. dubium omnino videtur, quaenam circa
priuilegia interpretatio locum habere debeat ; &
numne praeter declaratiuam & restrictiuam, quandoque
extensiva interpretatio adhiberi possit, an
minus? Quod primo dissensum hunc & leges, vti
videntur, obstantes attinet, mihi quidem omnes
illae leges, quae de plenissima beneficiorum principis
& priuilegiorum interpretatione habentur, loqui vi-
dentur de eo casu, vbi e. g. concessio alicui priuilegio,
cuius verba admodum ambigua sunt, aut
nimis

nimir angusta, ceteri ciues, utpote quibus per cuiusvis priuilegii interpretationem simul lex prohibitiua fertur, ne scilicet priuilegiatum in legitimo vsu priuilegii impediatur, ex odio aduersus eum limites priuilegii ita coarctare student, vt hoc pacto priuilegium, legitimate impetratum, priuilegiato plane euaderet inutile. Hisce incommodis, ut mihi videtur, obuiam irevolunt omnes antea citatae leges, eiusmodi attentata, & cauillationes, & ne calunniae facultas ex principali maiestate capiatur, ceu habet l. pen. D. de hered. insit. seuere prohibendo, atque ne talibus a iudice aures praebantur, iubendo. Ita ergo merito priuilegium accipiendum, ne inutile euadat, sed vt effectum plenum, quem legislator intendit habeat, & vt aliquid singulare a iure communi concedat; hoc enim ipso plenum accipit effectum, quem legislator intendit.

§. X.

Iam cum ad ipsam questionem respondendum sit: num scilicet praeter declaratiuam interpretationem quandoque extensua circa priuilegia eorumque fines locum habere debeat; ante omnia monendum est, extensionem duplē esse posse, vel i) grammaticam, si verba ipsa, manente eodem subiecto, modo

F

Num exten-
siva

tar-

largius, modo *restrictius* ex visu loquendi sumuntur: vel 2) *logicam*, si ad alios casus similes & ad alias personas interpretatio ex rationis identitate vel similitudine temere extenditur, atque adeo fines eius prorogantur, ut pari passu cum *regula* seu *iure communi* ambulet; utpote si priuilegium *competentiae* militibus datum trahitur ad *clericos*, *professores*, *studiosos*: si quae *fisco* tributa sunt iura singularia, *ecclesiae* etiam assignantur &c. His positis palam fit, interpretationem *extensuam*, posteriori in significatu, scil. ad alias & diuersas personas, vel causas v. g. ob *similitudinem aliquam*, circa priuilegia locum haud habere, quoniam in his iam iam res ad singularia & individua ex voluntate legislatoris *restricta* & determinata est; quibus standum, finesque priuilegio praescripti striete obseruandi, non excedendi. Prior autem *extensionis* grammaticus significatus, ubi nimirum *verba ipsa*, manente eodem priuilegii subiecto, modo *largius*, modo *restrictius* sumuntur, solennior & frequentior est, & ipsa priuilegorum, eorumque finium materia inde declaranda. Et tali modo recte dici posse puto, fines priuilegorum non tam extendi, seu prorogari, quam potius declarari iuxta verborum indolem, quod verba ipsa diuersum significatum habeant, & tum largum tum sensum admit-

admittunt strictum; ex mente autem legislatoris iudicandum sit, quem sensum verbis in priuilegio comprehensis dare voluerit.

§. XI.

Quae hactenus de potestate *indictis* circa fines priuilegiorum regundos dicta sunt, probanda nunc erunt vterius; probatur autem satis superque ex ipsa priuilegiorum natura & indole, & desuntis inde exemplis, regulisque, quas nunc subiungere animus est. In omni interpretatione *memorem* potius & voluntatem, quam *verba* spectanda esse, nec aliud magis curandum, quam vt voluntas conditoris conservetur, l. 18. D. de *legib.* et si forte verba diuersum sonent; l. 3. D. de *reb. dub.* l. 13. §. 2. D. de *excus.* triti satis iuris est. Hinc ante omnia voluntatem, propositum & intentionem eius, qui priuilegium tulit, considerare, & ex his, si fieri potest, ambiguitates aut difficultates priuilegii explicare debemus. l. 96. D. de *R. I.* l. 28. §. 1. l. 123. D. de *V. S.* Ne autem illi quibus interpretandi & applicandi auctoritas (cum effectu) data est, liberam sibi hac in parte voluntatem atque licentiam, quomodocunque detorquenti & circumcidendi iura, datam putent, monendi sunt, vt legitime, prudenter, & secundum legum

F 2 hoc caput in pra-

meixon

Fines priuilegi
gi obscuros
dirigat index
ita, ne laedatur
a) aequitas,
& honestas.

CAP. II. DE FINIBVS

praescripta hoc loco procedant esse. Igitur,
ut scire possumus, quid in finium priuilegii regu-
dorum iudicio iudex sequi, quid vitare debeat, cer-
tis regulis & axiomatibus negotium hoc superstruen-
dum est. Et primo quidem, cum leges interpre-
tari nihil aliud sit, quam explicare voluntatem legislatoris,
palam fit, interpretationem non posse ultra
potestatem & voluntatem conditoris extendi. Quae-
cunque enim princeps velle non potest, ea quoque
non voluisse praesumendus est. Hinc ante omnia
scire debemus, quaenam princeps velle possit, quae
non? Princeps leges ferre potest, sed humanas tan-
tum, & tales quidem, quae nec legibus naturalibus,
diuinis, nec honestatis & verecundiae praeceptis
contrariantur; sed potius harum legum praecepta
vniuersalia magis declarare, & media ad legum diuin-
narum & naturalium fines obtinendos apta suppe-
ditare debet. Contra ius naturae & diuinum
enim nullum ius aut priuilegium quicquam valere
debet, imo ipso iure nullum habetur. *I. fin. C. de
incest. & inuril. nupt. I.7. in f. C. de natural. lib.* Et
cum multis rationibus demonstretur, principem
tantum legibus a se lati, & humanis solutum esse;
naturalis & gentium iuris legibus nequaquam, sed
iisdem aequo potius cum ceteris hominibus iure ob-
noxium

noxium atque subiectum; ita nec contra diuinum ius, nec naturale, sed contra *civile* tantum seu *positivum* principem priuilegia condere & posse & velle credendum est. Quid? quod priuilegia regulariter ex iure naturae originem suam trahere, & ita magis secundum, nunquam *contra* illud esse debent; nam quoniam ciuale ius non in singulas personas, sed generaliter *I.8. D. de legib. & de his,* quae ut plurimum, non quae rarius accidunt, *I.3. I.u. eod.* constituitur, & facile fieri possit, ut ob hominum, negotiorumque multiplicem diuersitatem, & casuum singularium infinitam varietatem, ius ciuale naturalem aequitatem in speciali aliquo facto laedere possit; quod ne fiat, singularia iura & priuilegia introducta, generali illum legum rigorem ex aequo bonoque molire debent. *I.1. §.1. D. de doli mali & met. except.* ibi: *ne cui dolus suis per occasionem juris civilis contra naturalem aequitatem proficit.* In principe semper iustitia praesumitur, *I.2. §.10. & §.16. D. ne quid in loco publ. I. 43. pr. D. de vulg. & pupill. substit.* & id velle princeps creditur, quod iura volunt, adeo ut verba potius impropriari debeant, quam concessio principis contineat iniquitatem. *c. 8. X. de consuet. I. u. D. de ius voc. I. vlt. D. qui pet. iut. vel cur.* Ut iustitiam, aequitatemque, ita honestatem quoque, reverendiam bonosque mores inuictos

F 3

latos

latos princeps conseruare, nec villam sibi aduersus ista potestatem, imperiumue datum pro certo habere debet. Quae enim facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & vniuerse, quae contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est; vt ait PAPINIANVS in l. 15. D. de condit. institut. Certe, nullum, irritum, inutile esse, quicquid contra bonos mores, pietatem, humanitatem geritur, confirmant l. 9. l. 19. sq. D. de condit. institut. l. 27. pr. eod. Ita e. g. non potest princeps, exemplo TEZELII indulgentiarum quaestoris, alicui remittere poenam delicti nondum commissi, quia laederet bonos mores, remque publicam, & invitaret ad delinquendum.

§. XII.

B. ius & utilitas publica.

Porro cum contra ius & utilitatem publicam principem aliquid neque concedere posse, nec velle praesumatur: hinc fines quoque priuilegii eo dirigendi sunt, ne salus & utilitas publica inde laedatur. l. 10. C. de SS. eccles. ibi: generaliter, si quid huiusmodi contra ius & utilitatem publicam proferatur, non valeat. l. fin. C. se contra ius vel vil. publ. l. pen. C. de precib. imp. offer. l. vn. C. de Senatuscons. l. 7. C. depos. l. pen. C. de vetig. l. 6. D. qui testam. fac. poss. Hinc quotiens cum iure publico aliquis priuilegiarius concurrit, hic suo tantisper

tisper priuilegio priuatur, & ob publicam necessitatem atque vtilitatem privatur, & ob publicam necessitatem atque vtilitatem priuilegia & iura priuatorum suspendi solent. Ita immunitas a collectis vel muneribus alicui concessa, non extenditur ad collectas propter vrgentem necessitatem impositas, & de quibus tempore priuilegii non fuit cogitatum.
Dicitur communiter.

§. XIII.

Nec in tertii praeiudicium, fraudem & iniuriam priuilegia intelligere & interpretari decet. *I. 43. D. de quaesitum.*
vulgar. & pupill. substit. I. 15. pr. ff. de testam. milit. I. 2. §. 10.
& 16. ff. ne quid in loco publ. Non enim moris est principium, in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere; nec quemquam cum alterius damno locupletiorem fieri aequum est. *I. 14. D. de condic. indeb.* Quare, si princeps, qui nemini suum per iniuriam adimere debet, aliquid alicui cum magno *tertii damno* vel iniuria indulget, priuilegio ille non fruatur; cum, quod liberalitas principis contra licitum contulit, valere non debeat. *I. pen. C. de offic. rector. prou.* Nam principis voluntas talis esse praesumitur, qualis de iure esse debet. Tale enim priuilegium in magnum praeiudicium, damnum vel iniuriam tertii cedens,

fur-

surreptitium creditur, & ea re pro irrito habetur.
l. 10. D. de iure iur. l. 4. C. de emancipat. ibi: nec in cuius-
quam iniuriam beneficia tribuere moris est nostri. l. 4. C.
fin. regund. l. 27. §. 4. D. de paſt. l. 66. D. de condic. indeb.
l. 2. §. 10. & §. 16. D. ne quid in loco publ. l. 1. D. de ex-
cept. rei iud. In primis ius illud, quod iam quaesi-
tum est, non demum quaerendum. l. 13. D. ad Senatus-
conf. Trebell. l. 9. D. de Senator. Nisi vel paruum sit ter-
tii praeiudicium, vel magna vel sufficiens cauſa. Ta-
lis magna & sufficiens cauſa est v. g. *necessitas* aut
utilitas reipublicae, ob quam res & iura priuatorum
non tantum imminuere, sed & tollere quandoque
solet, & potest summus princeps, ceu docet l. 5. D.
de decret. ab ordin. fac. Maximus enim reipublicae
fauor est in nostro iure, & praerogatiuae plurimae,
quibus pleraque alia, etiam quae maximo iure vi-
dentur subnixa, cedere coguntur; ideoque in huius
gratiam a regulis iuris communis receditur, & plu-
rima paſſum concessa inueniuntur, quae alias penitus
prohibentur. arg. l. 7. & sq. D. ad L. Iul. Mai. l. 51. in fin.
D. ad L. Aquil. l. 5. C. de offic. rect. prou. Imo vero ipſe
princeps publicae utilitati concedere solet, l. 10. C.
de SS. eccles. l. vlt. C. si contra ius vel util. publ. & yni-
uerſe publica utilitas priuatae antefertur, quodque
communiter omnibus prodest, his, quae ſpecialiter
qui-

quibusdam tantum vtilia sunt, praeponitur. *Anth.*
res quae. C. communia de legar. Nec iniquum est, pri-
uatos & singulos in gratiam reipublicae iuris sui
rerumue aliquam facere iacturam. Illa tamen etiam
moderatio seruanda est, vt, quoniam neminem lae-
dere vult respublica, *l. 2. §. 10. D. ne quid in loco publ.*
pretium pro re soluere, & damnum refarcire tenea-
tur. GAIL. lib. 2. obseru. 56. n. 8.

§. XIV.

Vlterius cum, quae condere priuilegia ratio dū-
sūt, eadem sic illa interpretari iubeat, vt quam ma-
xime rationis istius polleat, valeatque effectus;
valet autem, cum omnia, quae vel tacite vel ex-
presso continentur, ex priuilegio fructum sentiunt;
hinc intelligere atque interpretari priuilegia sic opor-
tet, vt non siant inutilia & elusoria, sed effectum
habeant, & aliquid operentur, idque vltra dispo-
sitionem iuris communis. Haec enim forma priui-
legii est, vt constituat *ius singulare*, contra iuris ci-
uialis generalis tenorem introductum, quae forma si
absit, priuilegium quoque nullum euadit. Ita sunt
quaedam priuilegia, quibus ipse, cui data sunt, frui
nullo modo posset, nisi ad alios quoque vis eorum &
fauor extenderetur. Ceterum priuilegia, dum prae-

*moresq; iuris
et reg. annua
aliquot annos*

G

roga-

-55

rogatiuam & ius singulare constituunt, aequalitatem inter ciues tollere, odiisque & rixis inter concives ansam dare videantur, ita ea accipere debemus, ut, quantum fieri potest, minimum iuri communi de-rogetur.

§. XV.

Dictorum
summa, regu-
lae & exempla,

Ex haec tenus dictis sequentes iam formamus regulas:

- I. Priuilegium, quamvis generaliter indulatum, non includit, casum legibus naturae, diuinis, honestatis, verecundiae; utilitati item publicae, & iuri tertio quaesito contrarium; & hinc fines eiusdem restrin-gendi & coarctandi.
 - II. Priuilegium ob nimis strictam verborum acceptiōnē non debet fieri inutile & elusorium, aut quod singulariter sanctum, in ius commune degenerare; & hinc fines eiusdem ita declarandi ac dirigendi, ut effectum habere plenum priuilegium possit.
- Lubet iam haec exemplis quibusdam illustrare, vbi ob specialem rationem priuilegium generalibus terminis conceptum restringitur; & rursum, vbi effec-tum non haberet nisi, verba priuilegii ad alios pro-traherentur. Exempla restrictorum priuilegii finium plura occurrunt, ex quibus quaedam duntaxat hic

ad-

PRIVILEGIORVM REGVNDIS.

adferre iubet. Septugesimo anno absoluto a munib[us] ciuilibus praestandis aliquis liberatur iuxta l. 1. C. qui aetate. Sed quoniam ratio huius excusationis & immunitatis tantum est debilitas, & defectus virium corporis, lex ista restringenda est ad illa munera, quae potissimum corpore sunt implenda: ab iis autem, quae *confilio* vel *patrimonio* obeunda sunt, minime corporis debilitas excusat. l. 2. §. pen. D. de vocat. & excusat. muner. Item si quis priuilegio a testimonio in iudicio dicendo exemptus est, hoc limitare atque restringere ita oportet, ut eo tantum casu, quo alii testes haberi possunt, excusetur; nec utilitatis & honestatis publicae ratio, quae crimina plechi & vindicare iubet, violetur: adeo, ut non priuilegiati testari cogantur, etiamsi per *alios* fides fieri possit: priuilegiati non cogantur, nisi alii haberi non possint. Ratio huius restrictionis est, quoniam alias laederetur pietas, humanitasue, si quis innocens obstante tali priuilegio causa cadere deberet. Aliud exemplum, vbi fines priuilegiorum exemptionis, quae Hospitalariis & Templariis indulta erant, eorundemque excessus restringi iubentur, occurrit in c. 3. & 5. X. de priuilegiis. Vterque nimirum ordo in Palaestina initia sumens, paruo tempore in omnibus Occidentis regnis & principatibus liberalitate impe-

CAP. II. DE FINIBVS VIAT

Dilectorum
familiæ, regis
lib. dñm

ratorum, regum, principum & priuatorum quoque
creuerat quam maxime. Adeo vt iam suo tempore WIL-
HELMVS TYRIVS lib. 12. hislor. Hierosolymit. in vita BAL-
DVINI II. regis c. 7. Part. I. gestor. Dei per Francos ad a. 118.
de Templariis asserat, res eorum in immensum cre-
uisse, eosque possessiones tam vltra quam citra ma-
re adeo immensas habuisse, vt non sit in orbe chri-
stianæ prouincia, quæ praedictis fratribus bonorum
suorum portionem non contulerit, vt regis opu-
lentiis pares visi fuerint habere copias. Hinc paulo
post altiores spiritus naëti, primum se iurisdictioni
patriarchæ Hierosolymit. subtraxerunt; & inde fa-
ctum esse reor, quod cum possessiones eorum per
omnia regna, perque omnes prouincias cis & vltra
mare essent dispersæ; praeterea omnes essent, vti
tum vocabantur, *Latini*; vterius quoque horum equi-
tum cauissa in diversis Occidentis conciliis tractatae
fuissent, pontifex Romanus, ex iure praetensi a se
episcopatus oecumenici, equites hos sedi Romanae
immediate subiiceret, eosque ab alia iurisdictione
quacunque ecclesiastica & seculari, peculiaribus &
admodum inuidiosis priuilegiis exemptos redderet.
Ita WILHELMVS TYR. c. 1. Cum diu, ait, *in honesto*
se conservassent proposito, professioni suae satis prudenter
satisfacientes; neglecta humilitate --- domino patriarchæ

Hiero-

Hierosolymitanis, a quo ordinis institutionem & prima
beneficia suscepserant, se subtraxerunt, obedientiam ei,
quam eorum praedecessores eidem exhibuerant, denegan-
tes. Praedicta autem exemptione inter alia continebat,
vt 1) intuitu personarum suarum ab alio, quam a Ro-
mano pontifice, vel legato ab eius latere destinato,
interdicti vel excommunicari a quoquam non valerent;
2) intuitu vero rerum omnes eorum possessiones &
bona priuilegio locorum desertorum gauderent. Ille
autem locus iuxta c. i. de V. S. in 6. pro deserto habe-
tur, qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit,
vel ultra memoriam hominum (secundum indulgen-
tiam LVCII) est sub Saracenorum potestate deten-
tus. Consistit vero ius deserti loci in eo, vt ecclesiae
in talibus desertis locis constructae, seu etiam con-
struenda in eo plena libertate gauderent, vt a) se-
cundum indulgentiam LVCII, nihil ab ipsis, legis
dioecesanae nomine, valeret per episcopos exigi:
b) vt secundum priuilegium ALEXANDRI non pos-
sint interdicto seu excommunicationi supponi: vt
γ) in huiusmodi locis fratres exempti, petita a sede
Apostolica licentia, potestatem haberent ecclesias
construendi, easque cum suis plebibus per suos
clericos idoneos gubernandi, qui ratione plebium
examinandi episcopis praesentarentur; vt ab eis
mobili

curam reciperent animarum, cum plebes episcopis
essent subiectae; δ) vt dicit frates decimas de labo-
ribus & noualibus suis, quos propriis manibus aut
sumtibus excolerent, aut aliis bonis sibi a Deo pre-
stitis, contentibus clericorum ordinis sui (a quibus
quarta vel tertia nullatenus exigeretur) cum inte-
gritate persoluerent: ε) In aliis eorum possessioni-
bus iure communi seu quolibet alio ecclesiis paro-
chialibus & dioecesano, episcopo reseruato. Ho-
rum exemptionis priuilegiorum vigore, eorundem-
que praetextu Hospitalarii & Templarii equites, ni-
hil non sibi licitum putantes, fines eorum nimium
quantum extendere conati sunt, &, uti conqueri-
tur WILHELMVS TYR. loco supra citato, ecclesia
Dei, eis decimas & primicias subtrahentes, & eorum in-
debita turbantes possessiones, facti sunt valde molesti.
Hisce ausibus priuilegiorumque excessibus vt obui-
am iretur, multum laboratum est in diuersis concili-
liis generalibus, pluresque decretales eum in finem
promulgatae sunt, quarum exemplum habetur in
sup. cit. c. 3. X. de priuil. vbi ALEXANDER III. pontif.
excessus priuilegiorum fratrum Templi & Hospitalis
& aliorum religiosorum ea de causa restringere iu-
bet, quod aduersentur auctoritati episcopali, scan-
dala faciant, & graue pariant periculum animarum.

matu

Idem

Idem fere habetur in c. 5. eod. vbi excessus iuri expresse repugnantes restringi iubet idem pontifex maximus. Restringi quoque debent priuilegii fines, & reprobanda est illa interpretatio, quae si adhibetur, iusto plus derogaret iuri communi. Ita quando concessum foret priuilegium de habendis *sacris in priuatis aedibus*, intelligendum hoc esset de *Oratorio & absque campanis.* c. 10. X. de priuilegiis. Sic priuilegium exemptionis certae capellae datum non extenditur ad alias ecclesias, in quibus capellani sacra faciunt. c. 16. 17. eod. Aliud exemplum est in c. 8. X. de decim. c. n. eod. Latiores fines, quam quidem verba sonant, priuilegium accipit, quod v. g. indultum est personae, quae eo vel plane non vel non perfecte vti posset, nisi de eo participarent & alii; tali enim casu priuilegium trahitur & extenditur quoque ad eas personas, sine quibus priuilegiatus priuilegio suo frui nequit, ut plenum effectum accipiat, quem legislator primario intendit. Sic legatorum immunitas ad eorum famulos & comites necessarios transit, sicut ad ipsos dominos, l. 41. §. 2. D. de excus. tut. l. 7. D. ad L. Iul. de vi publ. Insimili quoque famuli de priuilegio legati participant, sed tamen eatenus tantum, quatenus scilicet legati sine participatione priuilegii familiaribus istis alias vti nequirent. Quemadmodum enim legatis

sh

gatis tributum est sibi reuocandi domum, ut in exte-
 ris locis iniuli vocari & conueniri nequeant, quoad
 caussas & negotia ante legationem contraera, l.2. §.3.
 D. de iud. arg. l.2. D. de in ius voc. MYLET AB EHE-
 RENBT de princ. & stat. imp. P. I. c. 19. n. 10. quamvis
 iure comuni contrahentes etiam in loco contra-
 etus forum fortiantur, maxime, si praesentes sint,
 c. fin. X. de for. comp. l. 19. §. 1. D. de iudic. GAIL. lib. II.
 Obs. 30. n. 14. Ita propter eiusmodi negotia minister
 comesque legati iure accessiori eandem habet exem-
 tionem, & citatus, exceptione fori opponere
 potest. Quamvis enim legato concessa sit propria
 iurisdictio in domesticos, famulos & officiales; arg.
 l. 1. C. de officiis proconsul. KN IPS CHILD. de iur. & privil.
 ciuii. imper. lib. 2. c. 25. n. 18. haec tamen omnino re-
 stringenda erit ad illas caussas, quae tempore lega-
 tionis eveniunt. Sic milium quoque priuilegia illa
 ad famulos eorum prorogantur, quae alioquin in
 ipso milite plenum impedirent effectum. Etenim
 qui per absentiam suam reipublicae caussa laeti, non
 secus, ac milites ipsi in integrum restituuntur, mo-
 do dominos suos sequantur, iisque necessarii sint,
 ut etiam medici militum. l. 33. §. 2. D. ex quib. causs.
 mai. Aliud exemplum ubi fines priuilegii, aut potius
 verba eiusdem largius accipiuntur occurrit in c. 30. X.
 eiusq.
 de

de priuil. Fratribus praedicatoribus & minoribus
datum erat priuilegium, vt vbi cunque fuerint, sine
paroecialis iuris praeiudicio cum altari viatico missa-
rum solennia celebrare valerent. Quidam hoc ita
strictè accipiebant, & limites eius restringere vole-
bant ad praelatorum consensum, vt absque eo frui
suo priuilegio non possent. Sed respondit pontifex,
cum eis nihil conferret memorata indulgentia, si
celebratio missae cum altari viatico ad consensum
praelatorum loci adstricta esset, dum annuentibus
praelatis idem liceret etiam aliis, & ipsis quoque,
citra priuilegium & indulgentiam specialem, reiicien-
dam esse hanc interpretationem. Hinc vt priuile-
gium supradictis fratribus specialiter indultum effe-
ctum plenum habere posset, intelligi debebat de li-
bertate missas celebrandi sine ullo praelati consensu.
In eundem sensum quoque rescripsit HONORIVS
III. in V. compilat. antiqu. ac CIRONIO relata in c. 7. de
celebrat. miss. Elegans aliud exemplum est in I. 1. §. 2.
ad munic. Ponticis nimirum ex beneficio POMPEII
MAGNI datum erat priuilegium, vt qui matre Pon-
tica natus esset, Ponticus esset. Quidam huius li-
mites restringebant ad solos vulgo quae sitos, sed ab-
surdissime, cum hoc modo priuilegium istud plane
non esset priuilegium, nec illo quicquam a iure

H

com-

TQOJBR

communi diuersum & singulare dispositum inuenia-
tur. Etenim haud opus erat, priuilegio caueri, vt
vulgo quaeſitus matris conditionem fequeretur,
quippe qui aliam originem non habebat, & iam iure
communi cautum erat, vt vulgo quaeſitus matris
conditionem & originem fequeretur. Sicque de
iis priuilegium accipendum erat, qui ex ciuitatum
diuersarum parentibus orirentur. Sic nec per indi-
rectum priuilegia minui possunt, quod ipſe HONO-
RIVS III. in c. 26. de priuil. iubet, vt iudices priuile-
giorum fines ita extendere debeant, vt effectum,
quem intendunt, habere possint, licet extensio ista
in priuilegio ipſo non contineatur, & excusare ſe
possint iudices, ſe verba priuilegii feruaffe. Quid?
quod feruitate debita caſtigatos vult, eos iudices,
qui priuilegiorum, non vim & potestatem, ſed ſola verba
feruantes in fraudem priuilegiorum ſententias ferunt.

§. XVI.

III. Fines priuilegii diri-
guntur per transac-
tionem

Vlterius, vt ſupra dictum eſt, fines priuile-
giorum obſcuri & turbati diriguntur per transac-
tionem a priuatis, dum, ii ſcilicet, quorum interest,
item ſuper finibus priuilegii ortum amicabili com-
poſitione ſedant, dirimuntque. Cum enim omnis
transactio de re dubia & lite incerta, neque adhuc
finita, fieri debeat; l.i. D. de transact. nec minor ſit
autori-

autoris transactionum, quam rerum iudicatarum,
l. 20. C. eod. transactione litem eiusmodi de finibus
privilegiorum componi posse, negari haud potest.
Nam cum quilibet fauori suo, & his, quae pro ipso
etiam per privilegia introducta sunt, renunciare pos-
sit; l. 41. D. de minor. l. 17. D. de iniust. rupt. irr. fact.
restam. l. 71. D. ad L. Falcid. l. 46. D. de pacif. c. 15. X. de
privil. omnino verum videtur, quod & transactio
locum hichabere debeat; minus enim est in trans-
actione, quam in renunciatione, cum per hanc
omne ius, quod habueramus, derelinquimus, per
illam autem pars iuris nostri, & dubii adhuc, tan-
tummodo perire solet, retento aliquo, dato, ve
remisso. Cui enim plus licet, quod minus est, li-
cere debet omnino. Exemplum nobis suppeditatur
in c. 34. X. de decim. vbi INNOCENTIUS III. pontif.
statuit, quod si Cisterciensis ordinis fratres erant pos-
sessiones, de quibus decimae debeantur ecclesiis,
etiam si eas propriis manibus aut sumtibus exco-
lant, decimas persoluere debeant ecclesiis, quibus
ratione prædiorum antea soluebantur; quod si
vero tales possessiones ab ipsis emtae sint, aut pia
fidelium deuotione collatae, in eum finem, ut mo-
nasteria ibi de nouo fundentur, has non ipsi exco-
lant, sed aliis committant excolendas, a quibus

CAP. II. DE FINIBVS

ecclesiis decimae persoluantur. Vtrisque tamen, & Cisterciensibus fratribus & ecclesiis permittit idem pontifex, vt, si velint, priuilegii huius fines per transactionem cis & vltra prorogare, & alterare possint, verbis: *nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum.*

§. XVII.

Quilibet iuri suo renunciare potest, qui? Disquiri tamen nunc debet, vtrum simpliciter & sine discriminē verum sit, vt quis iuri suo & priuilegio pro se introducto renunciare, sic quoque de finibus eiusdem transigere possit? respondemus, omnino, ita tamen vt verbis simul accurate insistamus. De iure suo, & fauore pro se introducto quilibet libere transigere potest, sed tantum *quatenus suo*. Nam si quod ius non proprie, sed *secundario* tantum & consequenter meum est, ei haud renunciare, nec de eo transigere possum. Si vero meum quidem est, non autem meum *tantum*, sed *alterius* quoque simul, eidem, *quatenus meum est*, renunciare, & transigere ita possum, vt, si sine praediicio alterius fieri possit, fiat de eo; *I. 7. §. 14. I. 30. pr. I. 42. Juncta I. 52. §. 2. D. de pacf.* si autem nequeat fieri, non fiat. *I. 14. D. de pacf. detal. c. 5. X. de arbitr. c. 2. X. de restit. in integr.* Tale enim ius, quod *inseparabiliter*

s. H

biliter aliis quoque commune est, non vere meum dicere possum. Nec quisquam mutare consilium cum alterius detrimento potest, aut iuri renunciare, aut transfigere in praeiudicium alterius; quod verum quoque est, licet alter ius caussamque suam a renunciante habeat. I. 15. §. fin. ad L. Falcid. I. 2. l. pen. c. vt in poss. legat. Res eo reddit: De quibus rebus caussue pacisci non possumus, de iisdem nec transactio valere potest. Ita nemo potest renunciare iuri diuino vel naturali praeceptio, quia immutabile habetur. §. antepen. I. de I. N. G. & C. I. 64. D. de condit. indeb. Ita quoque clerici priuilegiis renunciare & de iis transfigere non possunt, quae non tam personarum honori, quam Dei maiestati, cuius sacris isti dies no[n]esque vacare debent, indulta & concessa, creduntur. I. 32. §. 4. D. de recept. qui arbitr. c. 4. c. 5. c. 6. c. 21. qu. 3. Sic iuri quoque publico renunciare, aut de eo transfigere nemo potest. I. 5. §. 7. D. de admisfr. & peric. tut. I. 26. D. de testam. tut. I. 2. §. 4. C. de iureiur. propter cal. dando. I. 15. §. 1. D. ad L. Falcid. I. 38. D. de pac. I. 7. §. 14. I. 27. §. 4. D. eod. Huc pertinent priuilegia illa omnia, quae principem ipsum, & rempublicam ita attingunt, ut non possit his, & de his sine praeiudicio illorum renunciari & transfigi. Sic transfigere non possunt Legati de priuilegiis &

on

H 3

immu-

immunitatibus legatorum, cum hic non tam ipsorum, quam eorum, a quibus missi sunt, caussa agatur, quod & dicendum erit de priuilegiis *commerciorum*, quibus ex foedere e.g. inter regem Galliae & status Belgii foederati ab vtraque parte subditi ipsorum in vtriusque territorio ratione commerciorum gaudent. Pro regula hic tenendum esse reor: *Vbicunque ius aliquid principaliter & directo respicit utilitatem publicam, a priuatis mutari non potest; sin vero directio & potissimum ad priuatum tendit fauorem, potestque sine praetudicio reipublicae & principis negligi, priuatorum renunciationi & transactioni cedit.* Breuius: de iure, quod est publicum *auctoritate & utilitate simul*, transfigi non potest; de iure vero, quod est publicum *auctoritate tantum*, non etiam *utilitate*, si quidem de sola transfigentis utilitate agatur, potest omnino. Hinc priuilegio fori clericorum, personaeque ecclesiasticae renunciare non possunt. *c. 12. X. de foro compet. c. 18. eod. c. 8. X. de renunciar.* Hoc namque beneficium non est personale, cui renunciari valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico publice indulsum, cui priuatorum pactio derogare non potest. Simili ratione priuilegia quoque exemptionum, & omnia alia, quae non tantum transfigentis, sed superioris quoque caussam & utilitatem respiciunt, transactione

ne

ne nunquam alterari possunt, c. 5. *X. de arbitr. conf.*
GAIL. Lib. I. Obs. 40. nec sententia lata contra exem-
tum circa exemptionem, nocet superiori, cu-
ius interest exemption non esse alteri subiectum.
Cum res, inter alios acta, non beat aliis praeiu-
dium generare. c. 8. *X. de donat.* Sed anceps admo-
dum erit quaestio in fequenti casu: Ex confortibus
& sociis, etiam non privilegiato, alterius priuile-
gium prodest, si causa eorum diuidi & separari non
possit. *I. 10. pr. D. quemadmodum seruit amittit. I. 18. D. de ser-*
uitut. praedior. rustic. I. 29. D. de libert. leg. I. 4. §. 3. D.
si seruit. vind. I. 32. in f. C. de appell. I. 1. & 2. C. si unus ex
plur. appell. Quid si ergo fines priuilegii obscuri sint
& dubii, & priuilegiatus socius inuito socio non
priuilegiato de priuilegio transfigere velit, num hoc
facere possit? Vtpote si minor cum maiori in *causa*
individua constitutus, sed per actum quendam laesus
ad restitutionis beneficium protocet, paulo post
cum aduersario certo modo de eo transfigat, vtrum
hoc valide facere possit inuito socio? id quidem
prosper arbitror, cum maiori hoc beneficium tan-
tum profit, si minor velit; qui tamen, vt eo vta-
tur, absolute cogi nequit, adeoque nihil impedit,
quo minus transactione interveniente ab eo de-
sistat.

§. XVIII.

§. XVIII.

Tandem IV. Denique IV) fines priuilegiorum *consuetudine*, *confuetudo* & *praescriptione*, & *facto*, vel *non facto* iis contrario, minimes dixit, nui, extendi, aut penitus excludi possunt. Sicuti

enim iura legesque consuetudine inducuntur, vestrasque legis vicem obtinet; l. 32. sq. D. de legib. l. 1. §. vlt. l. 2. pr. & §. 3. D. de aqua & aquae pluv. arc. ita in priuilegiis introducendis iisdemque quandoque interpretandis l. 37. D. de legib. idem quoque utriusque effectus deprehenditur. l. 35. pr. C. de episc. l. 3. §. 4. D. de aqua quotid. & aest. Quoniam reuera & ista tacito populi seu principis consensu & approbatione constat, & nihil interest, suffragio voluntas declaretur, an rebus ipsis & factis. l. u. C. de natural. lib. Quid? quod, si de interpretatione priuilegii cuiuscunque, obscuritate, ambiguitate, aut alia difficultate laborantis, quaeritur, ante omnia circumspiciendum est, si quae prius consuetudine & rebus iudicatis interpretatio recepta fuerit, & ea, si qua inueniatur, ante omnia amplectenda. Optima est enim legum interpres *consuetudo*, & maxima rerum iudicatarum auctoritas, praecipue, si perpetuo similiter iudicata res consuetudine certam interpretationem introduxit. l. 38. D. de legib. Et ideo minime sunt mutanda, quae interpretationem certam sem.

semper habuerunt *l. 23. D. de legib.* & in obscuris,
quod plerumque fieri solet, sequimur. *l. 114. D. de R. I.*
Consuetudinem tamen istam ex ratione ortam esse
oportet, quod enim non ratione introductum est,
sed errore primum, dein consuetudine obtentum, in
aliis similibus non obtinet. *l. anepen. D. de legib.*
Quanto autem tempore priuilegorum fines con-
suetudine seu desuetudine & praescriptione augeri
minuive possint? quotque actus contrarii hic requi-
runtur? non nihil dubitationis habere videtur; quo-
niam ad praescriptionem priuilegii leges aliae de-
cem, aliae triginta, aliae quadraginta annos requi-
rere videntur. Nos putamus, ante omnia hic vi-
dendum esse, cuiusnam conditionis sint personae,
contra quos fines priuilegii praescribi debeant.
Etenim i) si praescribendi sunt fines *a priuilegiais*
in praeiudicium ecclesiae, ciuitatum &c., quadra-
ginta anni desiderantur, c. 15. X. de priuil. intra quod
scilicet tempus res et iura ecclesiastica, *Aurb. Quas*
actiones C. de SS. eccl. civitatum, nec non res fiscala,
& patrimonialia principis, l. ult. C. de fund. patrim.
lib. XX. praescribuntur, tolluntur, vel minuuntur. Sin au-
tem circa regalia v. c. ius venandi, iurisdictionem &c.
nec non immunitatem a tributis contra principem
praescribendam versetur priuilegium, tempus imme-
moriale

moriale requiri, quippe quo, iuta ista generatim tolli, mutari aut minui, communis Dd. sententia est. E contrario 2) si priuilegium, huiusque fines praescribendi sunt *contra priuilegiatum*, videndum erit, cuiusnam qualitatis & conditionis sit persona priuilegiata? Si enim priuilegium, de cuius finibus praescribendis quaestio est, concessum sit *universitati* cuidam *publicae*, vt ecclesiae & reipublicae, priuilegium non perditur, nec fines eius minui possunt, nisi longissimo tempore, puta 40. annorum spatio, corpus illud eo vel plane non, vel in praescripto ambitu haud fuerit vsum. Quocirca si capitulo data est singulari iure iurisdictio omnimoda, sed nihilo minustantum inferiorem exercuit, omissa superiori, vtut occasio non defuerit: si liberum ius braxandi per priuilegium impetravit; sed eo tantum vsum est pro necessitate domestica, per quadraginta annos, limites priuilegii generalis ita mutati sunt, vt quid in posterum ei liceat, vnicce ex praescriptione hac perfecta collendum sit. Quid ergo si ius nundinarum ciuitati ita datum, vt quatuor vicibus per annum eo frui licaret, sed per XL. annos tantum binis vicibus eo vfa sit, priuilegium hac praescriptione restrictum est, vt ultra binas vices annuatim exerceri nequeat. Quamuis vero *ius nundinum*

rum iuxta l. i. D. de nund. vel per decem annos amitti aut minui queat : id tamen intelligendum de nundinarum iure priuatis concessio in praediis priuatis, de quo legendi sunt SVETON in Claud. c. 12. n. 3. PLINIVS SECUND. lib. V. ep. 5. CICERO Philipp. 2. c. 36. Quodsi vero priuilegium certo tantum indiuiduo concessum, & ita beneficium mere priuatum est, distinguendum est: vtrum priuilegium ad plures species rerum directum sit v. g. cum quis ab omnibus oneribus immunis pronuncietur ; an ad vnicam duntaxat veluti ab inhospitalitate ? Priori casu actus contrarius quoad vnam , non statim iacturam totius priuilegii inuoluit ; iniquum sane foret, si quis ad omnia onera in se suscipienda cogeretur , eo , quod certo saltem se subieciisset. GOTHOFR. ad l. 12. C. de excusat. tut. E contrario, cum quis semel vsus est priuilegio stricte, non potest eodem postea vti large: e. g. Si princeps alicui concessit immunitatem a collectis in genere, is autem forsitan in una tantum specie collectarum ea immunitate vlus sit, non item in reliquis , priuilegium integrum non quidem perdet suum; ast cum eodem semel vlus sit stricte, ipsum facto suo fines priuilegio posuisse, & ad illas collectarum species, quas soluit, obligatum esse , dicendum est , nec quicquam dubitandum.

tali modo quempiam fauori pro se introducto renunciarē posse, conf. HARPRECHT *diss. de praescript. immunit. a collectis.* Tenendum tamen est, factum hoc esse debere voluntarium, non coactum, aut metu extortum, quod nihil operatur; Et si coactio & metus adsit, prudenter tamen aget, qui actum priuilegio suo contrarium admittere debet, si id citra praeiudicium sui priuilegii facere sese protestetur, vt vi. huius protestationis priuilegium in suis limitibus latioribus conseruet. *I. pen. §. fin. D. de vacat. muner.* Si ad vnicam tantum speciem priuilegium certo individuo concessum directum sit, amittitur unico actu seu facto contrario. Sic qui priuilegium habet non soluendi decimas a frugibus, & nihilominus soluit, priuilegio renunciare videtur. *c. 15. X. de priuil. & c. 6. eod. Rec. Imp. de a. 1548. §.* Hätte aber der ausgezogene &c. 59. in fin. verbis: Wo sich befindet, daß ein ausgezogener Stand innerhalb Menschen gedenken, ein, zwey, oder mehrmahls hätte dem S. Reich gesteuert, und also das Reich in quasi-possession wäre, der soll nachmahlis ungewieget steuern. Eadem repetuntur in R. I. Ratibon. a. 1576. §. Wo aber innerhalb 105. Directa namque contrauentio renunciationem inducit, proinde priuilegium speciale certae personae, quoad certam

certam rem indultum, vnico actu, directe ei contrario amittitur. GAIL. II. Obs. 60. §. 10. KNIPSCHILD de iur. & priuil. ciuit. imper. Lib. I. c. 18. §. 1. sqq. Fallunt tamen haec, vbi quis 1) coacte priuilegio contrauenerit, aut 2) protestando ius suum saluauerit; actus enim etiam voluntarios, protestatione posse limitari: docet SCHÜZ Vol. 2. I. P. exerc. 8. §. 7. aut 3) contrauentio ex ignorantia processerit; Idem c. l. aut 4) priuilegium clausulam annullativam v.g. quod nullus actus contrarius possessori nocere debeat, complectatur. Denique inde quoque liquet, priuilegium facilius amitti posse per factum, quod ei directo contrariatur, quippe quo ei ipso facto renunciatur vel in totum vel pro parte, quam per omissionem & non-vsum, qui non tollit, restringit, aut minuit priuilegium, nisi accidente tempore prescripto, antea designato.

TANTVM.

CLA.

CLARISSIMO

DN. CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

Fines priuilegiorum in disputatione,
quam meae subiecisti censurae &
directioni, determinas, vt, quid
rectum quidve minus, in eorum exerci-
tio censeri debeat, accurata lance ponde-
rares. Sicuti enim natura quibuscunque
rebus creatis certos fines, quos excedere
haud debeant, constituit; sicuti porro ne-
cessitas communis homines induxit, vt ter-
minos agris ponerent, & finibus certis
dominia rerum circumscriberent; ita
quoque necesse fuit, vt in rebus moralibus
certi determinatique fines, intra quos
qui-

quilibet actiones suas contineret, constitue-
rentur, vt ita id, quod *rectum* est, obti-
neri posset. Rectissime enim canit Poeta:

*Est modus in rebus: sunt certi denique
fines.*

Quos ultra citraque nequit consistere

RECTVM.

A *recto* tramite itaque recedit, qui fines
hos morales turbat, eosque temerario au-
su excedit, adeoque inde Tumet ipse, cla-
rissime Candidate, facile colligere poteris,
in quo formas infinitas variasque *excessus*
in actionibus hominum sese mutare queant.
Etenim in praecipuo argumento, in quo
vt plurimum homines fines praescriptos
transilire solent, hoc ipsum optime de-
monstrasti, atque limites priuilegiis prae-
scriptos contra turbatores & inuasores eui-
cisti, denique illud ipsum, quod in priuilegiis
RECTVM dicendum, sedula me-
ditatione ex ipsis iuris penetralibus eruisti,

ac

ac in lucem protraxisti. Excedere nolui-
sti limites iustae dissertationis; ne eiusdem
culpae, quam in aliis redarguis, reus fieres;
alioquin enim nullo adhibito monitore
intelligis, per infinita exempla, in ipsis
rerum argumentis obvia, hoc thema vag-
ari, quibus exornari atque illustrari potuif-
set. Sed vel haec selectiora capita, quae hoc
specimine inaugurali a Te explicata sunt,
testimonio publico Tibi esse queunt, Te
studiorum academicorum metam sollicita
cura quaesiuiffe, inuenisse, & tandem im-
petriffe: aequum itaque est, ut post examina
aeque priuata ac publica finem diligentiae
Tuae affequaris, & brabeum illud, quod
tantum bene merentes ornat, obtineas.
Quocirca etiam, quod mei officii est, his-
ce codicillis exhibeo praestoque, Tibique
de cursu studiorum Tuorum pulcherrime
absoluto gratulor. Dabam Halle d. XXIII.
Mart. MDCCXXXVI.

Wer

SEr sch mit Ehre, Rang und grossen Titeln
schmückt,
Der wird, nach heutigen Wahn, nothwendig
hoch geprüft;
Ob er gleich sein Talent der Welt niemahls gewiesen,
Und niemand als weiß, wozu er sich wohl schickt.
Wann nun dem Titul Staat amoh Verdienste fehlen:
So nernt man diß, mit Recht, auf Teutsch: die Titul
stehlen.

Dish muß, Gelehrter Freund! DIR höchst zu wie-
der sehn:
Sonst hättest Du vorlängst den Doctor-Rang ge-
nommen;
So willst Du, durch Verdienst, mit Recht, zu Ehren
kommen,
Und giebst viel lieber erst zweifache * Proben ein,
Der gleichen Modeſtie, so selten sie erschienen,
Nennt man, mit gutem Zug: die Titul abverdienet.
Wohldem! wer so, wie DU, Hochwerther Freund!
gesinnt;
Der ist vor aller Welt gedoppelt hoch zu loben,
Weil er nach muntem Fleiß, nach Witz- und Tugend
Proben,
Der Ehren goldnes Blech mit mehrerm Recht gewinnt.
R Drum

* Womit so wohl auf die von dem Hrn. Candidato bereits in Marburg, de publica laetitia ob praesentiam summi imperantis, gehaltene und Ihr Königl. Maj. in Schweden dedicirte als auch auf gegenwärtige Inaugural. Disput. gezielt wird.

Drum schreib ich, da ich mich zu freuen Wünschen schicke:
Gedoppelt ist Dein Rubin, gedoppelt sey Dein
Glücke.

Hiermit wolte dem Herrn Candidato, zu
dieser rühmlichst abgelegten Probe sei-
ner Gelehrsamkeit, aufsichtig Glück
wünschen.

Petrus Georgisch.
Iur. Vtr. Doct.

Nos, patriae fulcrum, quorum toga temperat
orbem,
Quos tamen iniustos liuida turba vocat;
Nos pater Aonidum laudat: quos aequus amavit,
Hi miseris nobis prospera vota fouent.
O! erit & felix quae gens felicior vñquam?
Atria candorem splendidiora probant.
Gratia nos quorum tot priuis Legibus ornat,
Nostraque custodit munera tanta fides.
Inuide! si dubites, Legum modo corporis artus,
Saepe manu lubeat voluere: mutus eris.
Mutus eris, scriptum postquam lustraueris istud,
Quod mihi tam gratum, quam Tibi triste, fuit,
Namque ego consolor; cum te tua turba rubescit;
Quod nostro in Phoebi limine crescit honor.

Viro Iuueni Praenobilissimo, Resp. do-
cissimo, his quibuscumque deditam-
mentem declarandi causa gratulatur
Max. L. B. a Leutrum.
Opponens.

Es Grossen Friedrichs Saal-Athen,
Will durch des grossen Böhmers Schriften,
Fest täglich seinen Glanz erhöhn,
Und sich ein ewig Denkmal stiftzen;

Bald

Bald sieht man die gelehrtē Feder,
Der Welt zum Wunder, fleißig schreit,
Bald stellt er sich auf der Catheder,
Mit einem würdgem Docter ein.

Der Höchste stärket diesen Mann,
Der Himmel segnet Seine Lehren,
Drum treffen wir so viele an,
Die Dolchen mit Begierde hören;
Heut können wir ein Beispiel sehen,
Wir sehen, eh wir es vermeint,
Dich würdig zur Catheder gehet,
Geehrter und gelehrter Freund.

Wir rühmen Deine Wissenschaft,
Die Tugend will sich mit Dir gatten,
Die Weisheit borgt Dir ihre Kraft,
Drum geht Dir alles wohl von statthen;
Ich selber, der ich Dich befriege,
Geh von Dir übermannzt zurück,
Und wünsche noch, zu Deinem Siege,
Dir tausendsaches Heyl und Glück.

Hiemit wolte dem Herrn Respondenti zur
glücklich abgelegien Probe Seiner Ge-
lehrsamkeit ergebenst glückwünschen

E. F. G. L. B. ab Ellrichshausen.
S. R. I. E. I. Opponens.

Nōtem perrumpit radiis & lampade Phoebus,
Nec potes abscondi lumine flamma micans.
Gloria nec florum conspectu sola superbit,
Sentit Odore rosam, qui videt ipse decus:
Sic, qui vos dulces coluit pulchra arte Camoenas
Ignotum studium non sinit esse suum;

R 2

Sic

Sic est, sic recto TV tramite pergis Amice,
Sic lumen splendet, sic manifestus odor.

Praenobilissimo atque Doctissimo Domino
Respondenti haecce paucia gratulandi au-
mo adiicere voluit, debuit

Hen. Conr. de Strombeck.

Opponens.

A Scendis cathedram, nostris abiturus Athenis,
Quas Sala perdocto gurgite flumen alit.
Stasfortis, promis doctae Tua robora linguae,
Quae probat ingenium non latuisse Tuum.
Pro meritis igitur summos concendis honores,
Et fers virtutis praemia digna Tuae.

Grata nos gratulabundus scripsit
Nostraque eu Hieronymus Hartwig Moller,
In diei Hamb. Opponens.

H Ihr Musen greift zum Sdent-Spiel,
Stimmt die verslumten Thöne wieder,
Auf! Dichter schärfet euren Kiel,
Auf! singt und dichtet neue Lieder,
Warum? weil sich ein Wunder zeigt,
Da unser Freund so rühmlich aufs Catheder steigt.
Ich selber würd, nach meiner Pflicht,
So Palm als Lorbeer-Tränse bringen,
Ich saumete wahrhaftig nicht,

Ein

Ein neues Lobsied abzusingen:
Allein, hier ist ein Lorbeer-Hahn
So manchen Lorbeer-Kranz zu winden viel zu klein.

Män findet keinen Lorber-Zweig,
Um einen Ehren-Kranz zuwinden,
Wer sonst an Erfindung reich,
Kan nichts veränderles erfinden,
Das macht ein ieder ist bemüht,
Das zu erhöhn, was er vor andern glänzen sieht.

Freund dieser Tag bestärkt den Saz;
Dann Du besteigt die Ehren-Stuffen:
Drum suche ich auch einen Plas,
Ein frohes Viat mit zu rufen,
Brachte nur nicht dieses Blat,
Das zwar viel ehrliches, doch nichts von Einfall, hat.

Hiemit wolte eyligst in alter Ergebenheit gratuliren

H. E. von Spilker.
E. F.

So zeigt, Sehrter Freund, dein aufgeweckter
Geist,
So das Du mit allem Ernst der Themis Schäze
suchest,
Den eingebildten Wahn desjenigen verfluchest,
Den seine Phantasie mit leeren Schalen speist.
Vergönne mir demnach, das mein entwöhnter Kiel,
Da uns Dein muntrer Sinn dergleichen Proben
zeiger,
Bey der Gelegenheit von deinem Ruhm nicht schweiget:

Ist

Ist schon dergleichen Thun Ihm etwas allzuviel.
Jedoch wo sind ich das, was Deinen Ruhm erhebt?
Gnug, daß Dich Themis schon, das zu ergreissen,
mahnet,
Wozu Dein muntrer Witz Dir längst den Weg ge-
bahnet,
Dein unerschrockner Fleiß recht eifrig nachgestrebt.
Indessen numm nur noch getreue Wünsche an,
Die Dir die Redlichkeit in diese Zeilen schließet:
Sie wünscht, daß Deine Brust dergleichen stets ge-
nießet,
Was Dich, und den zugleich durch Dich, ergözen
kan,

Der sich nennen.

Georg Ludwig Böhmer.



153 744

AB 153 744

X 2512617

8



IVRIDICA INAVGVRALIS

DE

INIBVS
LEGIORVM
EGVNDIS

Q V A M

IA FRIDERICIANA

P R A E S I D E

FRIDERICIANAE DIRECTORE

HENNING. BOEHMERO

REGI BORVSS. A CONSIL. INTIMIS

IVRID. PRAES. VICAR. ET P. P.

MARTII MDCCXXXVI.

ANTE ET POMERIDIANIS

H. L. Q. C.

RVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT

LVDOVICVS DV PVY

ASSO-CASSELLENSIS.

AE MAGDEBURGICAE

GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

Farbkarte #13

